125.

MS. du 11me siècle

4387
~~[illegible]~~ MSS Phillipps
from Royez

+

293

Incipit uita amici et amelij.

Temporibus pipini regis francorum quidam puer in beriacano ortus est castro. patre teutonico egregie nobilitatis. et magne sanctitatis uiro. Parentes itaque eum quia illis unicus erat uotum deo et beatis apostolis petro et paulo uouerunt quod illum ad lauacrum baptismi suscipiendum romam deferrent. si deus ei sua gratia uitam protenderet. Eisdem uero temporibus aluernensi comiti talis in sompnis apparuit uisio. eius uxore pregnante. Videbatur enim sibi quod aluernis in suo palatio romanus pontifex multos pueros baptizabat. et sacro crismate confirmabat. Comes autem expergefactus admirans et mente reuoluens quid pretenderet uisio. suis fidelibus sapientibus eam aperuit et interpretari obsecrauit. Tunc quidam uenerandus senex diuino consilio monitus dixit. letare comes. letare mi domine quia magne probitatis atque sanctitatis nasciturus est tibi filius. Quem diuina tibi consulente prudencia ad limina apostolorum facies deferre. et per manum summi pontificis lauacrum regenerationis suscipere. Comes autem gauisus. consilium senis cum ceteris approbauit. Ortus est itaque puer et summa diligencia enutritur. Dum uero aliquantulum post biennium iuxta propositum desiderium pater illum romam deferret. lucham ciuitatem peruenit. ubi quendam nobilem uirum natione theotonicum. sed possessione francum. dei dispositione inuenit. Qui cum paruulo filio ad limina apostolorum similiter festi

nabat. ibique eum sacri baptismatis fonte lauacri ac-
cipiebat. Cumque mutuo sese salutasent querentes
unde essent. congruus aut qui essent. congruus alloquiis
alterutrum. responderunt in mutuam familiaritate fir-
mata. deinceps gradientibus una romam urbem in
gressi sunt. Sed o ineffabilem societatem quam inter
paruulos cerneres, et utriusque uoluntatis identitatem
unus namque sine altero cibum. et nisi eiusdem fercul co-
di nolebat suscipere neque uti requie sompni nisi in eodem
cubiculo; taliter autem conspectui romani pontificis nomine.
deus dedit parentes eos detulerunt atque dixerunt. Domine
pater sanctissime quem sanctum et credimus beati petri apostolorum
principis uicem gerere. aluernensis comes et inclitus
miles benicani castri tue sanctitatis clementiam exorant.
quatenus eorum filios aqua sacri baptismatis digneris
lauare. et insuper munera licet qualiacumque et ex intima
cordis affectione prolata de manibus illorum uelis accipere.
Ad hec uir sanctus respondens ait. Munera uestra michi qui
dem sunt acceptabilia sed minime necessaria erogate
illa pauperibus. quibus illa magis utilia esse noueritis
Vestre autem prime peticioni licet peccator satisfaciens.
paruulis sacramentum baptismatis dabo. quos pater et
filius misericordia sua conseruet. et spiritus sanctus utriusque a
more. totius sancte trinitatis inflammet. Et secundum tempus
in basilica sancti saluatoris. catezizatis paruulis filio co
mitis imponens nomen amelius. et militis filio a

nicus. lauacrum baptismi donauit. Quos multi ro
manorum militarium cum magno gaudio et animi alac
ritate ut deus uolebat. de fonte susceperunt. Post exple
tum uero sacre regenerationis officium. duos sciphos lig
neos coopertos auro et gemmis romanus romanus ponti
fex uir uenerande sanctitatis iussit afferri. pari ampli
tudine. pari magnitudine. et arte factos. deditque
illis dicens. accipite hoc donum quod in eternum
sit uobis in testimonium quod ego baptizaui uos in
bazilica sancti saluatoris; quibus gratanter acceptis et mul
tis modis redditis gratiis gaudentes et exultantes
ad propria sunt reuersi. Adultum uero bertranum pu
erum tanta sapientia omnipotens deus decorauit ut illum
quasi alterum salomonem crederes. Qui cum esset annorum
xxx. pater eius iam senex. febrium langore correptus talibus
ad monitione premonuit dicens. audi fili karissime.
fili dulcissime. iam enim tempus instat ut communem
legem humane nature persoluam. et tuo arbitrio te re
linquam. Memento fili precipue mandata dei custo
dire. et militiam christi exercere. fidem diuinis suauem auxili
um sociis et amicis tribue. Viduas et orphanos defen
de. miseros tribulantes. necessitatem patientes
subleua. atque ultimum diem semper in memoriam habe.
Preterea societatem et amiciciam filii aluuensis comitis
ultoni obliuioni tradere uelis. Eadem namque die ro
mani pontifex uobis baptismum tradidit. eodem munere

utrum q honorauit. Pares estis forma. statura eq h. 7 si comitum ꝑsapia ut ip̄e preditus eēs tres uiderem
m. Talib3 itaq3 finitis uerbis post susceptam eucaristi
am senex migrauit ad dn̄m cui corpus ut decuit de
bitis exequiis honoratū. tradidit sepulture filius. mor
ut solet fieri maligni 7 iniqui bericano iuueni cepe
inuidere multas eni iniurias odio iniquitatis instic
ti in ferre 7 dolos atq3 insidias latēter parare. At ip̄e
om̄s amabat. 7 illatas iniurias pacient tolerabat.
Quid dicam. ad eo contra eum creuit impiorū ini
quitas quod eū p dolor a dilecto paterne hereditatis
castro cum tota eius familia expulit. Tunc patris
mandatorū recordans. decem seruis suis eum sequē
tib3 dixit. Nobis consocii impiorū aduersatur ne
quicia 7 nr̄a nr̄orūq3 parentum patria expulit. sed
spero quod d̄s sua mia nobis faciet succedere ꝓspera
festinem ad curiam comitis amelii in societate et
amicicia iūcti. fortasse nos possessione 7 suis bonis
ditabit sin aūt ibimus ad ildegaldem reginam caroli
regis francorū uxorē. que exttis consulere semꝑ con
sueuit. Respōderunt om̄s dicentes. parati sumus
te sequi 7 in omib3 hobedire. De inde arripientes iter
ꝑuenerūt ad curiam comitis. Comes aūt ꝑrexerat
bericum uisitare amicū socium suum cuius patrē
defunctū audierat. quē cum nō inuenisset. tristis
discessit ꝓposuit ergo se ip̄e possessionis patriam

nõ rediturum. nisi prius in ueniret amicũ sapientē
ꝛ in clitum militem; quesiuit aũt illum gallie ꝛ francie
loca querit ꝛ ꝑ teutonicam t̄ram ũ consanguineos
eius audierat ēē nec ullam certi tudinē d' illo me
ruit audire. Sed ꝛ amelius comitē cũ suis querere nõ
cessauit. donec apud quendā nobilem uirũ hospita
tus est. Illis recitantibꝫ ordine que contingerāt infor
tunia. sic locutus est nobilis ille. mecũ manere mi
lites carissimi filiam meam tradā dño uro. cui prudē
cie ꝛ sapiencie famā audiui. Vos aũt possessione au
ro argentoq; ditabo. Placuit illis hic sermo. ꝛ celebra
uerunt nuptias cum maximo gaudio. Post annum
ꝛ dimidiũ ibi transactũ dixit amicus. inclitus miles.
decē seruis suis. fecimus quod nõ debuim'. amelium
comitem querere destitimus; ꝛ relictis ibi duobꝫ de seruis
cum cipho quem a dño baptismatis habuit parisiũ
festinauit; At comes iam ꝑ biēniũ incessantē amicũ
quesierat. Dum aũt appropinquasset parisius in
uenit quēdam peregrinũ. quē interrogauit sicut pleros
qi solebat. si uidisset amicũ bericanũ militē expul
sum a patria. At ille dixit se nũquam illũ uidisse.
Tunc comes abtraxit tunicam. ꝛ dedit q; ei dicens.
Intercede pro me ad dñm ꝛ scōs eius ut det in sua mi
sericordia inclitum inuenire amicũ ꝛ in eo laborē
quem biēnio uolens ꝑcior finē inponere. ꝛ sic co
mes curiam caroli regis adiit. nec tñ ibi amicũ

reperit. Peregrinus uero iter suum faciens. circa horā
uespertinam inuenit amicū et inuicem salutatione
reddita dixit amicus. Peregrine serue dei a te cupio
doceri. si de amelio filio aluernensis comitis ubi nunc
fuerit audisti. Mox ille admirans respondit. Quis tu
o miles qui me deludis peregrinū. Tu quidem uideris
amelius aluernēsis comitis filius ut dixisti qui ho
die a me quesisti. si amicum bericanū militem uidi
ssem. Nescio quare tu mutasti uestimēta socios equos
et arma. et queris idem quod hodie sciscitatus es. quā
do hora tercia hanc mihi dedisti tunicam. Cui amicus
ait. Noli commoueri frater karissime. ego enim nō sum ut
credis aluernēsis comitis filius. sed amicus bericanus
miles qui eum nō cesso querere hoc denariorum benignus
accipe et tuis orationibus ad dominum intercede ut ame
lium reperire michi dignetur cōcedere. Tunc peregrinus
accepta mina respondit dicens. festina miles parisius
ibi spero inuenies. quem tam desideranter queris.
Et festinans amicus secutus est eum. Altera ergo di
e amelius iam parisius discesserat et iuxta sequanā
fluuium in quodam prato florido cum suis militibus
comedebat. Qui cum uidissent bericanos armatos
uenientes. festinanter surrexerunt et arreptis armis
obuiam cucurrerunt. At uero bericanus miles eos
iam conspexerat et taliter suos allocutus erat. Pa
risianos socii milites uidemus qui sunt fortes in

expugnabiles: aīos erigite. fortiter pugnate. uitā
q; uram uiriliter deffendite. Si enī ꝑiculum hoc po
terimus euadere cum magno gaudio ibimus pari
sius ⁊ in regali curia magnifice recepti erim⁹. Relaxatis
frenis utrimq; currunt astas erigunt enses euagināt.
ita ut nullū crederes de illis inuētis euadere mortis ꝑi
culum. sȝ omps̄ dš qui cuncta nouit. ꝑ uoluntate sua
disponere. ⁊ finē laborum illoꝝ imponere. in prima
fronte utramq; partem resistere fecit. Tunc bĩricanus
miles ait. Unde estis milites fortissimi. qui amicum
cū sociis suis uultis interficere. Ad hanc uocem ameli⁹
pallidus obstupuit. ⁊ amicū inclitum militē recogno
uit. Cui comes ait. O amice carissime. ⁊ o requies mei
laboris. Ego sum ille tuus cui nomē est amelius. fili⁹
aluernēsis comitis qui te exulem querendo iam ꝑ bi
ēnium ñ quieui. Mox illis descendentibȝ inuicem
stringunt̃ amplexibȝ. oscula sumūt. gaudio exul
tant et de tam inprouisa leticia. Deo grās reddūt.
Tūc fixo amelii ensem ubi erant scōꝝ reliq̄e. utriq; fi
dem inter se spoponderunt. ⁊ ad curiam karoli regis
simul regrediuntur. Ubi cerneres iuuenes moderatos
sapientes. pulcherrimos. pares uno cultu ⁊ eodem uul
tu. ab omnibus dilectos. ⁊ ab omnibus honoratos. Quid
referam. Fact⁹ est amicus thesaurarius regis. ⁊ ame
lius dapifer. Jam uero triennio transacto. amic⁹
sic loquitur amelio. O fidelis solacium uite mee. uro

rem meam desidero uidere quam fere dimisi: et
quam citius potero redibo. tu autem in curia manebis.
et caueas tibi a filia regis et maxime a nequissimi comitis
arderici fallaci amicicia. Cui comes amelius respon
dit. Pro tua iussione mihi cauebo: et tuum reditum festi
num fieri exoro. Sicque miles inclitus discessit. Co
mes uero amelius super regis filiam occulos iniecit: et
eam quam cito potuit oppressit. Sed heu ubi sunt moni
ta amici fidelissimi que in archano pectoris ame
lii deberent uigilanter permanere. et stultam uoluntatem
illius reprimere. Nec tamen iste casus multum uideatur
extraneus: cum nec dauid sanctior. nec salomone sa
pientior aliquis regnauerit. Interea delator ardericus
qui iniquitate gaudebat. et omni probitati inuidebat: ta
liter amelium allocutus: Nescis comes. nescis karissime.
amicum regis thesaurum furatum esse: et ob hanc cau
sam fugam accepisse. Nunc autem inter meum fedus a
micicie: et meam fidem et inconuulsam societatem
super sanctorum reliquias sine mora accipe. Iure iurando fac
to ab utroque: comes amelius iniquo arderico sua fideliter secreta
pandere non timuit. Dum quadam die amelius an
te regem staret ut aquam preberet illius manibus:
impius ardericus sic regi locutus est. Noli rex accipe
aquam de manu scelerati hominis. qui magis dignus
est morte quam honore: quia regine filie florem uirginita
tis abstulit. Ad hec comes amelius tremens cecidit. et stupi
dus nichil respondit. Tunc rex benignus eum leuauit

⁊ dixit ei. Surge ameli ne timeas. ⁊ uiriliter ab hac
infamia te defende. Tūc surgens dixit. Noli iustissime
mendacibus uerbis arderici delatoris credere. q̇ habenas
iusticie dirigis. nec amore nec odio eas a recto itinere
flectis. Rogo ut spaciū cōsilij m̄ cōcedere uelis. ut añ
tuū cōspectū de hac infamia cū delatore arderico du
ellū faciā. ⁊ eū penitus mentitū eē. undiq; astante curia
cōuincam. Tūc rex dixit. uterq; uirū suū querat cōsili
um. ⁊ ad curiam p̄ nonā festinus redeat. Et in cōstitu
to termino. uterq; añ cōspectū regis astitit. Sz arderi
cus erbertū comitē secū habuit. comes u̇ amelius
ab omnib; relictus de absencia amici .. sapientissimi
suspirans. ualde cōtristatus doluit. Tūc pia regina hil
degardis comitis amelij causam tuendā suscepit. Im
petrauit itaq; spaciū cōsilij comiti amelio. tali lege
se cōstringens. qđ n̄ p̄fixo termino ad curiā reuer
sus foret. amplius ad regalē ipsā thorū accedere nō au
deret. Dū uero amelius cōsiliū querere festinat. a
micū ad regis curiam redeuntē inuenit. Cui p̄stratus
ad pedes dixit. O unica spes mee salutis. heu m̄ fidē
meā male seruaui. q̄a crimen de filia regis incurri.
atq; añ cōspectū illius cū falso arderico duellū statui. At
ille suspirans dixit ei. Hic socios dimittamus ⁊ secreta
nemoris huius ingrediamur. Ubi cū diu eū increpasset.
h̄ illi dedit consiliū ab archano sapientis pectoris p̄
latum. Cōmutemus uestimenta ⁊ equos. ⁊ ad domū
meam p̄ficiscere. sine mora. ⁊ ego cū proditore co

mite arderico. bellum deo iuuante pro te faciam. Cui co-
mes amelius respondit. Quomodo ergo ad domum tuam sodes pro-
ficiscar. qui uxorem et familiam tuam non noui. neque illorum
faciem uidi. Respondit amicus. Secure ad domum me-
am perge. et que sit familia. atque uxor mea. pruden-
ter quere. sed caue ne ullo modo meam tangas uxorem.
Tunc utrique flentes discesserunt. Abiit amicus ad regis cu-
riam sub specie amelii. amelius ad domum socii sub
specie amici. At uxor amici ut uidit amelium comi-
tem. credens suum esse uirum more solito amplectens.
oscula ei prebere uoluit. At ille respondit. Recede a me.
quia instat mihi tempus flendi et non gaudendi. Ex quo enim a te
discessi multa passus sum aduersa. et ad huc multa restant
perferenda. In nocte autem eadem cum eundem intrassent lectum
ensem inter se et ipsam posuit. Vide inquit ne modo aliquo
mihi appropinques. quia statim hoc ense morieris. et sic reliquas
duxerunt noctes donec amicus ex inprouiso rediit uo-
lens experiri si ei fidem de uxore sua commissa seruasset. Iam
uero aduenerat statutus terminus. et amelium qui non re-
dierat tremebunda regina expectabat. ad delator
ardericus cui cuncta per regem famulabantur. omnibus palam di-
cebat. quod regina ad regalem thorum non debeat accedere.
quia filiam regis. comiti amelio permisit uiolare. Interea
ecce amicus indutus socii uestimentis. hora quasi sexta
rediit. et ante conspectum regis ingrediens sic eum alloquitur.
O iustissime rex qui lapsos erigis et innocentes defendis.
ego paratus sum cum falso arderico bellum facere. et probare

reginam eiq; filiam atq; me ipm ab infamia q nob' in
ponit defendere. Tunc rex benigne respondens. dixit ei.
Noli comes timere: q̄a si uictor fueris. eandē filiā nomine
belixendam p uxore t' tradā. Mane aūt facto pma diei hora
ardericus atq; amicus. armati in campū exeunt. astante re
ge. 7 tota parisiana gente. At regina pyssima cū ūginū
7 uiduarū atq; cōiugatarū mltitudine ecctās scās frequta
re nō cessat: ibiq; orando mltas effundebat lacrimas. mu
neribꝰ altaria honorando. 7 luminaria mlta accendendo.
Tunc amicꝰ cepit cogitare intra se dicens. Heu mi q̄ morte
tē h' comitis tā fraudulent' cupio. Scio namq; qđ si illū
interfecero. reus ero añ supnū iudicē. Si u meam tule
rit uitā de me semp opbriū narrabit ppetuū. Post h
aūt ardericū sic alloqt'. O comes inqđ nimis stultū
accepisti cōsiliū. qđ meā mortē tam ardent' appetis: 7
uitā tuā mortis piculo tā imprudent' cōmittis. Set
si falsū crimē qđ mi apponis uelles resiliere: 7 duellū exca
ciale pefus dimittere. meā semp amicicia atq; seruiciū
posses habere. Ad h ardericꝰ furibūdꝰ respondit. Nec tu
am uolo amicicia neq; seruiciū. sꝫ ūitatē rei sicut se ha
bet corā oībꝰ iurabo: tuū capđ auferre desiderās. Iurat
arderic' hunc filiā regis opssisse. iurat 7 amicꝰ ardericū
mētitū eē. Deinde cōcurrunt. Ab hora aūt diei tcia usq;
in nonā. certantibꝰ illis. uict' ē arderic' delator ipyssi
mus. 7 amputauit amicꝰ capđ ei'. At rex dolens q̄a ar
dericū pdiderat: 7 gaudēs de unica filia q̄ ab infamia
amicꝰ deo iuuante libauerat. placuit ei ut cū magna

famlia. copia q; auri ⁊ argenti amico militi iclito.
⁊ sapientissimo. eā in uxorē traderet. Dedit q; illis q̄dā
ciuitatē iuxta mare. precipiens eis ut ibi abitarent.
Amic⁹ aūt gaudēs eā suscepit. ⁊ postea ad domū suā
ubi erat comes ameli⁹ q̄ citius potuit festinauit. Quē
ut uidit ameli⁹ uenientē cū exercitu fugam arripuit.
putās amicū fuisse de uictis. At amicus p' illū intēs
dixit. Noli comes aufugere. sed festina ad me redire.
De arderico namq; traditore te uindicaui. ⁊ filiā re-
gis t̄ desponsaui. Quā iussus accepit. ⁊ in memora-
ta ciuitate cū uxore sua abitauit. Amicus uero cū uxore
sua manēte percussit d̄s morbo lepre. ita ut de lecto
surgere nō posset. iuxta illud q'd scriptū ē. Omnem filiū
quē recipit d̄s. corripit flagellat ⁊ castigat. Tūc
uxor ei⁹ obias nōie. ita illū exosū habuit. q'd mltoci-
ens eū suffocare uellet. At amic⁹ azonē ⁊ horatium
seruos suos ad se uocauit. ⁊ dix̄ illis. Tollite me cito
de manib⁹ nequissime uxoris mee. ciphumq; meū late-
ter accipite ⁊ ad bericanū castrū me portate. Cū aūt
castello appinq̄ssēt. turba obuia q̄siuit dicēs. Quis est
iste infirm⁹ quē huc defertis. Qui dixerūt. Iste ē ami-
cus d̄ns uir lep̄ percussus. q̄ ad uos uenit rogans. ut
ei misereri uelitis. Mox illi⁹ seruos nimis uerbe-
rauerūt. ⁊ amicū de curru q̄ portabat̄ piecerūt di-
centes. Hic cito discedite. nec ampli⁹ h̄i uerbū hic sit
auditū. nisi uultis amittere uitā. Tūc amic⁹ in fle-
tū prumpēs. dixit. O deus pijssime pat̄ cui uniuerse

uite misericordie et ueritas. aut in morte tribue. aut
manu tue consilium atque subsidium. in misero porrigere dig-
neris. Deinde memoratis suis dixit. Ad limina apostolorum me
miserum perducite. fortasse deus ibi sua misericordia mee prouidebit
miserie. Cumque roma peruenisset. occurrit illi constantinus
pontifex romanus uir magne pietatis atque sanctitatis. cum
militibus romanis quibus amicum de baptismi fonte
susceperunt. et magne humanitatis auxilia ei et suis su-
ficienter prebuerunt. Post triennium uero fames tam grauis in ci-
uitate orta est. quod eciam filium a se pater repelleret. Tunc
azones et horatius amico dixerunt. Domine nos sicut fideliter
a die obitus patris tui tibi seruiuimus. neque tuis preceptis in
aliquo restitimus. Sed nunc uero in hac terra tecum ulterius non ua-
lemus esse. aut te custodire. non fame cogente mortem su-
bire uolumus. Vnde rogamus ut des nobis licenciam. quatinus possimus
euadere pestem istam mortiferam. Mox amicus prorumpens in fle-
tibus dixit. O filii non serui. o unicum meum subsidium. per deum
uos oro. ut nolite me dimittatis. sed ad domum comitis
amelii et amici et socii me perducatis. At illi responderunt
dicentes. Semper obediuimus tuis preceptis. et donec poterimus
obedientes erimus. Cumque festinanter perduxissent illum in urbem
comitis amelii. et ante eius curiam tabellas more talium
infirmorum tangerent. comes ameli ut audiuit. dixit
cuidam seruo suo. panem et carnem accipe. et romanum
ciphum optimo imple uino. et defer illi infirmo. Cui mini-
ster uero iussum impleuit. et reuersus dixit. Per fidem domine quam tibi iu-
raui. nisi ciphum tuum tenerem. profecto crederem illum esse quem

habet infirmus: quia ambo videntur unius pulcritudinis atque
magnitudinis esse. At comes dixit. festina: et adduc illum ad
me. Ut autem productus esset ante comitem interrogavit eum quis esset.
aut quomodo talem ciphum adquisisset. At ille dixit bericanum se castro
fuisse oriundum. et rome a summo pontifice deus dedit ciphum
ac baptismum accepisse. ubique hoc nomen accepisse. His auditis
statim cognovit illum suum esse amicum: qui eum a morte retraxerat.
et filiam regis francorum ei tradiderat in uxorem. proiecit ergo se super
illum magnas emittens voces et crebras effundens lacrimas osculan-
do et amplexando eum. Sed et coniux comitis cum hoc audisset cu-
currit. et solutis crinibus multas super eum effusas lacrimas. reducentes
ad memoriam qualiter ardericum delatorem fortiter expugnavit.
Post nimium vero luctum in domum introduxerunt eum. et in precioso
thoro eum collocaverunt dicentes. Mane ibicum domine. donec
anima tua egrediatur de corporis ergastulo. Omnia namque nostra tua
erunt. et secundum tue voluntatis nutum fient. Mansit itaque
apud illos. cum duobus servis suis. Quadam vero nocte dum comes
et amicus absente uxore in eodem iaceret talamo: ecce raphael
angelus a deo missus vocavit amicum et dixit ei. Amice dormis?
At ille extimans quod vocasset amelius. respondit. Minime dor-
mio socie karissime. Et ait angelus ad eum. Bene respondisti quod
factus es supernorum civium socius. imitatus iob et thobie patienciam.
Ego sum raphael angelus domini qui ad te missus veni
ut tue sanitati medicinam tibi indicarem. quia exau-
dite sunt orationes tue. Audi ergo preceptum domini. Dic ame-
lio comiti ut duos filios suos interficiat et in san-
guine illorum te abluat. et sic recipies sanitatem.

Cui amic̃ ait. absit dñe mi. ut ꝓpt̃ salutẽ meam comes fiat omicida filioꝝ. Dixit q; angl̃s. Ita oportet fieri. q̃a sic p̃cepit dñs. His dictis: recessit. Ameli⁹ aũt quasi dormiens h̃ audivit. ⁊ p̃ritus amicũ i̇t̃rogauit dicẽs. Q̃s tecũ nũc usq; locut⁹ est. Cui amic⁹ respõdit. Nẽmo dñe s; meas p̃ces more solito ꝑ meis pc̃is fudi ad dñm. Comes ũ ait. Nõ est ita. q̃a tec̃ ẽ aliq̃s locut⁹. Tũc surgẽs p̃rexit ad ostiũ thalami. inuenitq; illud clausũ. ⁊ dixit. Dic m̃ fr̃ noctũa uerba a q̃ sũt t̃ p̃lata. Tũc amic⁹ cepit amarissime flere. ⁊ dixit. Q̃a me cõpellis mi dñe. licet iniq⁹ cũ magno tremore dicã t̃ rem ordine. angl̃s dñi raphael uenit ad me. ⁊ dix̃ m̃. Amice h̃ dic̃ dñs. Inficiat comes ameli⁹ duos filios suos. ⁊ in illoꝝ sanguine te abluat. ⁊ sic a lepra mũdaberis. At comes cũ h̃ audisset. cõmot⁹ dixit. O amice in domũ meã te sucepi. seruos ⁊ ancillas ⁊ oĩa mea cõmunia t̃ feci. quare dolose petis. ⁊ fingis dictũ ẽẽ p angl̃m ut meos i̇t̃ficiã filios. Mox amicus in flet⁹ p̃rũpẽs ait. Licet coact⁹ grauia t̃ sim locut⁹. t̃ tñ supplico ut me de domo tua nõ expellas. Comes respõdit. Q̃d t̃ p̃misi usq; in diẽ mortis tue libent̃ faciã. S; te adiuro ꝑ tuã fidẽ. ⁊ nr̃am societatẽ. ⁊ ꝑ baptismũ q̃d i ead̃ die rome sucepim⁹. si ũba h̃ angl̃s dixit. an aliq̃s homo i̇dicauerit. Respõd̃ amic⁹. Sic uerũ ẽ q̃d angl̃s hac i nocte locut⁹ est. ita d̃s ab hac lep̃ me liberet. Tũc ameli⁹ secreto cepit flere. ⁊ sic mente reuoluere. Si an̄ regẽ p̃me parat⁹ fuit ille

mori. ⁊ ego p illo filios meos nō interficiā? Si fi
dē usq ad mortē nī seruauit. quō ⁊ illi nō serua
bo? Abraam namq p fidē saluatus est. Sci etiā p
fidē uicerūt regna. Et ueritas ī euāglio ait. Qcūq
uultis ut faciāt uob hoīes. ⁊ uos eadē facite illis.
Festināns itaq ad talamū uxoris sue iuit. ⁊ ad sacr
mysteria eā uocauit. Nec mora more solito ad
ecclām comitissa perrexit. At comes mucrone arrep
to iuit ad lectū in quo requiescebāt pueri. ⁊ inuenit
eos dormientes. Et incūbens sup illos. amarissime
fleuit dicēs. Quis audiuit patrē sponte filios interfe
cisse. Heu me filij mei de uob amō iā nō ero pater.
s; cruentus laniator. Et stillantib sup eos lacrimis eru
tati sūt. Pueri uero patris faciē respicientes. ridere ce
perunt. Quib etatē triū ānorū iā habentib; dixit.
Risus uēr in luctū cōuertetur. qr sanguis uēr innocēs
in hac hora ab impio patre effundetur. His dictis
decollauit eos. Quorū cadauera cū capitib in eodem
lectulo coopta quasi dormientes reposuit. ⁊ sangui
ne quē collegerat sociū aspsit dicēs. Dñe ihu xpe
qui fidem seruare hoīb; pcepisti ⁊ leprosū ī uerbo
tuo misericordit mūdasti. huc sociū meū digne
ris mūdare. p cuius amore filiorū meorū sanguinē
nō timui fundere. Et statī mūdatus est alex. Exultā
tes itaq magno gaudio īmensas deo grās redide
rūt. dicentes. Benedictus deus ⁊ pater dñi nri ihu xpi
qui saluat sperantes in se. Post hec comes induit ami

cum uestimentis suis optimis. Dum uero ad sanctam ecclesiam
currerent ut ibi deo gratias redderent, mox tintinnabula
deo uolente per se sonare ceperunt. Quod ut populus ciuita
tis audiuit undique admirando ad eos cucurrit. Uxor
uero comitis cum utrosque pariter incedere uideret, cepit
querere quis illorum esset maritus eius. Indumenta modo amborum
cognosco, sed quis istorum sit comes prorsus ignoro. Cui comes
ait. Ego sum amelius, et iste socius noster amicus qui sanus factus est.
At comitissa admirans ait. Illum profecto mundatum uideo,
sed qualiter hoc factum sit scire cupio. Comes respondit.
Omnipotenti deo qui eum mundare pietate sua uoluit agi
mus gratias. Et qualiter hoc fecerit inuestigare minime labo
remus. Iam uero hora tercia transierat, sed nec pater nec ma
ter ad filios intrauerat. Verumptamen crebra comes trahe
bat suspiria et mortem filiorum mente reuoluebat. Tunc
comitissa iussit afferri pueros ut congratularentur eis.
At comes ait. Dimittite pueros placido sompno requi
escere. Post hoc solus intrauit thalamum ut super filios
fleret, et inuenit eos in lecto ludentes. Circa quorum col
la cicatrices ad modum fila rubea usque ad ipsorum mortem
apparuerunt. Et suscipiens eos in ulnis suis comes de
portauit eos ad gremium uxoris et dixit. O coniux gau
de. Quia filii tui uiuunt, quos iussione angeli occidi, et eorum
sanguine mundatus est amicus. Hoc audito coniux dixit.
O comes ut quid me non introduxisti, ut uasa ad san
guinem filiorum meorum colligendum tenuissem et amicum
tuum socium et dominum meum illo aspersissem. Tunc comes

ait. Cessent uerba ista. et de incepto dei seruicio deuote
insistamus. quia hodie in domo nostra magna deus dignatus
est facere miracula. Quod usque ad uite exitum fecerunt. ser-
uando castitatem. Factum est autem magnum gaudium. per .x.
dies in illa ciuitate. Eadem uero die amici coniux iniqua.
arrepta est a demone. et cadens in terram per precipicium expira-
uit. Post celebracionem dierum supradictorum. mouit amicus
eius ad bericanos exercitum. et tam diu obsedit eos. donec
se uictos reddiderunt. Quos benigne suscepit. et omnem of-
fensionis culpam eis condonauit. Habitauit enim pacifice
cum illis. tenens secum primogenitum amelii. et ulterius deo
in timore seruiuit.

Factum est autem post aliquantos annos. ut adrianus
urbis rome papa legatos suos ob defensionem roma-
ne ecclesie ad karolum regem francorum mitteret. quia ualde affli-
gebatur a rege longobardorum. desiderio. Erat namque tunc
karolus in loco qui dicitur theodonis uilla. Ibi ueniens domni
apostolici missus adriani nomine petrus precibus pape eum rogat
ut ipse ad defendendam sanctam ecclesiam curreret. et populum
romanum de manu superbi regis liberaret. Confestim isdem
mitissimus et sanctissimus karolus francorum rex direxit eidem
desiderio nuncios suos deprecans. ut ciuitates et reliqua que
beato petro abstulerat pacifice redderet. et plenarias
parti romanorum faceret iusticias. promittens insuper
ei dari quatuordecim milia auri solidorum quantitatem in au-
ro et argento. Sed neque deprecacionibus neque muneribus
eius ferocissimum cor flectere ualuit. Tunc aggre-

gans ipse karolus rex magnus universam regni sui
multitudinem episcoporum. abbatum. ducum. principum. marchio-
num. et aliorum fortissimorum militum ad occupandas cunc-
tas cunctas clausas ex eodem suo exercitu. aliquas duxerit.
Inter quos fuit venerabilis albinus andegavensis urbis episcopus.
cuius vita et meritum iam in sancto florverat. Ipse quoque rex cum
plurimis debellatoribus francis per montem sinensem. ad
easdem appropinquavit clausas. et per montem iovis avunculum
suum bernardum cum ceteris fidelibus italiam intrare precepit.
Predictus vero desiderius et universa eius multitudo. ad resisten-
dum fortiter in ipsis clausis adsistebat. quas fabricis diversis
maceriis curiose munire fecerat. At vero eadem hora qua
prenominatus christianissimus rex ad easdem appropinquavit clau-
sas. ilico suos missos. ad prefatum direxit desiderium. de-
precans ut civitates quas sancto petro violenter abstulerat.
pacifice redderet. sed ipse precibus eius adquiescere penitus nolu-
it. Dum vero in tanta duricia protervus desiderius perma-
neret. karolus christianissimus rex francorum cupiens paci-
fice sociatas sibi peteret recipere direxit longobardorum regi.
ut solummodo tres obsides longobardorum iudicum filios il-
li traderet. pro ipsis restituendis civitatibus. et continuo
sine ulla illata malicia. aut commisso prelio. ad propria
cum suis francorum exercitibus reverteretur. Sed neque sic voluit
eius malignam mentem flectere. Unde omnipotens deus conspiciens ipsius
maligni desiderii iniquam perfidiam. atque intolerabilem
protervam. dum vellent franci alio die ad propria reverti.
inmisit terrorem validamque trepidationem in cor eius universorumque

longobardorum. ita ut nocte eadem, propriis dimissis ten
toriis. atque omni supellectili. fugam omnes generaliter
nemine persequente arriperent. Quod cernens karolus
cum suo exercitu persecutus est eos. et sicut in mare omnia uidemus
flumina fluere. sic gentes francorum. anglorum. teutonicorum.
ceterasque gentes italiam ingredi uideres. in quo exercitu co
mes amelius et amicus socius eius aderant priora agen
tes officia in curia regis. Qui cum christianis operibus cotidie
studebant ieiunando. orando. elemosinas faciendo.
uiduis et orphanis opitulando. iram regis sepe mi
tigando. malos tolerando. et regna romanorum consu
lendo. Licet autem tantus exercitus in longobardiam undique
confluxisset. Rex tamen desiderius cum suo exercitu paruo
renisus ei in campania restitit. Ubi enim rex desiderius ha
bebat sacerdotem. karolus episcopum. Si ille monachum
iste abbatem. Si ille militem. iste principem. Si ille
peditem. iste ducem et comitem. Quid dicam. ubi desiderius
unum militem. karolus ad bellum xxx portabat milites.
Elevatis signis acieque ordinata. ingensque clamor
utrique exoritur. hinc et illinc saxa telaque uolant mi
lites undique ruunt. Longobardi uero per tres dies tam
fortiter pugnant. ut nullo modo innumerabili multitudi
ni aduersariorum gentium cederent. Sed karolus diuino ig
ne accensus post triduum uocauit maiores et fortes
de exercitu. dicens. Aut in bello cadite. aut uic
toriam nobis acquirite. Quod factum est. ut rex desiderius
cum longobardorum exercitu usque ad locum qui nunc dicitur

mortaria fugeret. que tunc uocabatur pulcra silua.
quia delectabilis erat. Pausauit itaque ibi. sic suos al-
loquens. Milites fortissimi mecum panem manduca-
te. aquam bibite. refrigeretur equus per prata. Mane autem
orto die superuenit rex karolus cum suo exercitu
inuenitque longobardos armatos. et ibi utrique
exercitus uiriliter pugnauit. Mortua est g[illegible] non par-
ua multitudo exercitus karoli. scilicet et desiderii.
Et ob hanc interfectionem. locus ille usque hodie morta-
lis uocatur. Interfectus est etiam ibi. gener regis karo-
li. amelius uidelicet cum suo amico. Quos deus sicut una-
nimi concordia et dilectione coniunxit in uita. ita
et in morte eos separare noluit. Sunt autem et cum
ipsis multa corpora fortissimorum militum trucidata.
Desiderius uero quantocius cum suis iudicibus et multitudine
ipsius longobardorum papiam ueloci cursu obfugit.
rex uero karolus cum suis exercitibus persequens eum ciuitatem
papiam ex omni parte circumdans uallauit. Dirigensque
continuo franciam ad se adduci fecit excellentissimam
coniugem suam hildegardem reginam cum filiis suis. Tunc
beatus albinus andegauensis urbis episcopus. cum ceteris episcopis et
abbatibus consilium regi atque regine dederunt. ut cor-
pora interfectorum sepeliri. atque ibi ecclesiam construi
iuberet. Quod consilium regi et regine placuit. Fabrica-
te sunt ergo due ecclesie. una karoli iussione que dedicata
est in honore beati eusebii uercellensis. altera uero construc-
ta est iussione regine. in honore petri consecrata. Rex

autē q̄ generū suū ⁊ amicū suū eū multū dilexerat
misit mediolanū. iussitq; afferri duas archas lapi
deas. In una quarū cōdit' ē amelius. apud ecctam bī petri
in alia uero amic'. apud ecctam dedicatā ī honore bti
eusebii. Reliq̄ uero corpa hic atq; illic sepulta. Mane
autē facto. dispositiōe diuina īuentū ē corp' amelii
cū suo sarcophago. iuxta sarcofagū amici. ī eccta
regali. O admiranda duorū societas. o inefabilis cari
tas. q̄ nec ī morte diuidi meruit. amore quorū omps ds
hic memorandū ⁊ memoriale miraclm de illis fa
cere uoluit. q̄ uirtutē hanc suis dedit discipulis. ut etiā
montes transferre possent. Sup quod miraclm rex atq;
regina gauisi. manserūt ibi p xxx. dies. agentes of
ficia interfectorū. atq; maximas tribuerūt dotes ba
silice. In honore bī petri dedicate. Exercit' aūt karoli
interī in obsidiōe ciuitatis laborabat. Dūq; ira
dei sup omēs longobardos q̄ in eadē ciuitate erāt cras
saret atq; seuiret. ⁊ iā tanti illorū langorib' ⁊ clade
mortalitatis defecissent dei nutu. eandē ciuitatē p x.
menses obsessā. simulq; ⁊ desideriū regē longobardorū
⁊ cunctos q̄ cū eo erāt. excellentissim' rex francorū cō
prehendit. ⁊ sue potestati eorū regnū subiugauit.
Exsiliatū uero desideriū regē cū coniuge: secū in franciā duxit.
Beat' itaq; albin' q̄ iā mortuos
suscitauerat. ⁊ cecos multos illuminauerat. presbiteros.
diaconos. ⁊ clericos. ī pfata eccta bī eusebii ordina
uit. ⁊ precepit illi ut corpa supradictorū sociorū assi

dine custodiret. Passi sunt autem milites christi Amelius et Amicus
eius sub desiderio rege longobardorum. iiii. idus octo
bris. Regnante domino nostro ihesu christo. qui cum patre et spiritu
sancto. vivit et regnat deus. per omnia secula seculorum. Amen.

Incipit historia de triumphis et bellis que alexander puer
magnus gessit. et quomodo orbem terre suo subiugavit.

Sapientissimi namque egyptii scientes imperio
mensuram terre. atque undas maris dominantes. et ce
lestia cognoscentes. id est stellarum cursum computantes.
tradiderunt ea universo mundo per altitudinem doctrine. et
per magicas virtutes. Dicunt autem de nectanabo rege
eorum vere fuisse multum ingeniosum et peritum in astrologia.
et in grammatica et magicis virtutibus plenum. Quadam die dum
nuntiatum fuisset ei. quod artaxerses rex persarum cum valida
manu hostium veniret super eum. non movit militiam neque
preparavit exercitus armatorum aut artificia ferri. sed intravit
solus in cubiculum palacii. et apprehendit concam eream
misitque in ea aquam pluvialem. et per incantationes et artes
magicas videlicet in ea quod naves veniebant super eum.
Tunc quidam persarum venit ad eum dicens. Maxime imperator
nectanabe venit super te. artaxerses rex persarum cum
multitudine hostium. et plurimis gentibus. Sunt ibi parthi.
medi. perses. syri. mesopotamii. arabes. bosfori. argi.
caldei. bactri. serses. hyrcani. atque agophagi. et
alie plurime gentes de orientis partibus innumerabiles.
Nectanabus autem subridens dixit ei. Tu enim custodi quod tibi
credidi. vade observa bene et vigilanter. sed tamen ut sic

princeps militie responsum dedisti. Sed sicut timidus
homo. Virtus non est in fortitudine populi. sed in fortitu
dine animi. An nescis quod unus leo multos ceruos in fu
gam uertit? Et hec dicens. ipse intrauit in cubiculum pa
lacii sui solus. Et fecit nauiculas cereas et posuit
eas in concam plenam aque pluuialis. tenensque in manibus
uirgam palmeam et respiciens in ipsam aquam totis uiribus su
is incantare cepit. et uidebat quomodo dii egiptiorum
gubernabant in naues diis barbarorum. Statimque muta
to abitu radens sibi caput et barbam et tulit aurum
quantum portare poterat. et ea que necessaria erant ad as
trologiam et matematicam artem fugit secreto de egip
to pelusium. Deinde etiopiam induens induens se uel
tunica linea. hoc est sindones albas. et ut propheta egip
cius uenit macedoniam sedensque incognitus pala
diuinabat omnibus qui pergebant ad eum. Egipcii ut ui
derunt quod nectanabus non inueniebatur peruenerunt ad
seraphim deum illorum maximum. et rogauerunt eum ut
responsum daret illis de nectanabo rege eorum. Seraphim
respondit illis. Nectanabus rex fugit de egipto propter
artura uerset regem persarum qui ueniet super uos et subiu
gabit uos. Post aliquantulum uero temporis debet reuerti
ad uos iuuenis effectus deponendo a se senectutem. et ulciscetur
uos de inimicis uestris subiugando illos uobis. Cum
hec responsa recepissent egipcii a deo statim fecerunt
regalem statuam ex lapide nigro in honore necta
nabi et scripserunt ad pedes eiusdem statue illa responsa

ad memoriam posterum. Nectanabus autem in cognito
manebat. Interea philippus rex macedonum. abiit in prelium. macedonia
Nectanabus autem ascendit palacium ut videret reginam.
Mox autem ut vidit reginam olimpiadem. iaculatum est cor eius
in concupiscencia eius. extenditque manum suam salutans eam
dicens illi. Aue regina macedonum. Dedignans illi dominam
dicere. Ad hoc respondens olimpiadis dixit. Aue magister.
accede propius. et sede. Sedente autem eo interrogauit eum
olimpiadis dicens illi. Verene est quod egipcius sis? Respondit
ei nectanabus dicens. O regina uerbum pulcherrimum seu re
gale dixisti. quoniam egipcium nominasti. Sunt enim egipcii sapi
entes. qui etiam sompnia interpretantur. uolatilia intelligunt.
signa soluunt. secreta cognoscunt atque manifestant. fac
tum nascencium dicunt. Sed et ego ita sum cognitus de his
rebus. sicut propheta et diuinus. Hoc autem cum dixisset eam sensu concu
piscibili. videns ergo olimpiadis quod sic aspexit dixit illi. Ma
gister quid cogitasti sic me aspiciendo. Respondit illi necta
nabus dicens. Recordatus sum pulcherrima responsa deorum.
Et cum responsum accepi a primis diis ut debeam inuenire
reginam. Hoc autem eo dicente statimque proferens de sinu suo mi
rificam tabulam eneam et ebneam auro argentoque commixtam
et in se circulos tres. Primus circulus continebat stellas xii.
Secundus circulus habebat solem et lunam. Et post hoc aperiens capsam
ebneam. et proferens ex ea vii splendidissima astra. et ipso
rum nuncia hora natiuitatem hominum. Et quatuor lapides sculp
tos. ad vii astra pertinentes qui sunt ad custodiam hominis posuit.
Et cum vidisset olimpiadis dixit illi. Magister si uis ut credam

tibi q̄ ostendis. dic m̄ annū ⁊ diē ⁊ horā natiuitatis re-
gis. Ad h̄ n̄tanab͛ cepit cōputare ⁊ dic̄e ꝑ matematicā ar-
tem. annū ⁊ diē ⁊ horā natiuitatis regis. Cūq̄ h̄ fecis-
set: dixit regine. Nūq͛d uis aliud q͛d dicā t̄. Respōd
regina. Volo ut dicas m̄ q͛d deb; fieri īt̄ me ⁊ philippū
q͛a dicūt m̄ hoīes si reuersus fuerit philipp͛ ex ꝓlio. occid;
me. aliam q̄ sibi accipiet uxorē. Cui n̄tanab͛ dix̄. Falsa
ūba sūt h̄. nō uera. S; tn̄ ꝑ aliq͛t annos fiet t̄ ī paucis
dieb͛. Et iterū uolēs nolēs habebit te. philipp͛ uxorē. Ad h̄
regina dix̄. Obsec͛ te magist̄ ut dicas m̄ ūitatē. Necta
nab͛ dix̄. Vn͛ ex potētissimis diis cōcubēs tecū ad iuuab
te. Respōd regina. Q͛s ē ille d͛s q͛ cōcubet mecū. Nectana
b͛ dix̄. Neq̄ iuuenis ē neq̄ uetulus s; ī medietate cōsis-
tit. Hns in frōte cornua arietina ornata ⁊ barbā ⁊ canō.
Et q͛ c̄tissime scias. esto ꝑparata illi in hac nocte q̄ ī sop-
nis uidebis eū. Et in ipō sopno cōcubet tec̄. Regina di-
xit. Sih ego uidero nō q͛ ꝓpham ⁊ diuinū. s; sic dm̄ te
ad orabo. Statī q̄ n̄tanab; uale dicēs. regine. Discē
dēs de palacio exiensq̄ cōtinuo foras ciuitatē ī desertū
locū. atq̄ euellēs h̄bas ēt tuiās eas. Et collēs sucū illaꝝ
fecit ī cātacōne ꝑ diabolica figmenta. ut uideret oli
piadis. ead nocte ī sopnis dm̄ āmonē cōcubentē cū eo.
dicētē q̄ sibi p͛ cōcubitū. Mulier cōcepisti defensorē
tuū. Mane aūt fc̄o cū surrexisset olimpiadis a sopno
fecit uenire nectanabū ad se. ⁊ narrauit illi sopniū q͛
uiderat. At ille dixit ei. Scio h̄ q͛d dicis. s; si locū dederis
m̄ ī palacio. ꝑ ūitatē t̄ illū ostendā q̄ aliud ē ūitas.

[Marginal note:] Ille est omniū potentissim͛ qui largit̄ diuicias in omnib͛. Respondit regina. Obsecro te magist̄. ut dicas m̄ q͛ figurā habet deus ille.

llam iste deus in figura draconis ueniet ad te. et postea con
uertet in humanam naturam. ac si meam similitudinem. Ad
hec. Regina olimpiadis. dicens. Benedixisti magister recipe
cubiculum in palacio. et si hoc probare potueris. habebo te quasi
patrem pueri. Et hoc dicens. iussit ei dari cubiculum. Circa autem
uigiliam primam noctis. cepit nectanabus per magicas incanta
ciones transfigurari se in figuram draconis. et sibilando cepit
osculari eam. et coire cum ea. Cum ergo surrexisset a concubitu eius.
percussit eam in utero. et dixit. hec conceptio sit uictorialis. ut
nullo modo ab homine superetur. Taliter decepta est olimpiadis. concu
bens cum homine. quasi cum deo. Mane autem facto descendens nec
tanabus de palacio. remansit regina pregnans. Cumque ce
pisset uterus eius crescere. uocauit ad se nectanabum et
dixit illi. Magister. uolo ut dicas mihi quid debet facere
philippus de me. Si redierit. Cui nectanabus. Regina noli expa
uescere. quia deus amon propitius erit in adiutorium tuum. Et hoc dicens.
continuo descendit de palacio. Exiensque continuo foras ci
uitatem in desertum locum. et euellens herbas triturauit eas. et tol
lens sucum illarum. apprehendens quoque auem marinam cepit in
cantare super eam. et de succo herbarum illarum ungere. hoc
autem faciebat per diabolicas incantaciones. ut deciperet fi
lippum regem per sompnium. Factumque est. Eadem ergo nocte appa
ruit philippo in sompnis. deus amon concumbens cum olimpiade
uxore sua. Et post concubitum quasi uiderit hos uulue
illius consuere. atque signare aureo anulo. Et ipse anulus
habebat lapidem sculptum caput leonis. et currus solis. atque
gladium. Et post hoc dixit ei. Mulier concepisti defensorem tuum.

et de patre suo philippo. Exurgens autem a sompno philippus vo
cavit ad se ariolum et narravit illi sompnium quod viderat. Cui
ariolus dixit. Rex philippe pro certo scias quia concepit olim
piadis uxor tua. non ab homine sed a deo. caput leonis namque
et currus solis atque gladius. Talem intellectum habebit ille qui
nasci debet ex ea quod pertinget pugnando usque ad ori
entem. unde sol egreditur. per gladium subiugando sibi
civitates et gentes. Interea philippus rex pugnavit et
vicit. Apparuit namque ei in ipso prelio draco qui antecedebat
eum et prosternebat ante eum inimicos eius. Cumque rediret mace
doniam obviavit illi in palacio olimpiadis uxor eius et osculata est
eum. Intuitus eam philippus rex. dixit ei. Cui te credidisti oli
piadis. Peccasti. Itaque non peccasti quia vim sustinuisti a deo.
Ego itaque vidi totum quod ita est factum per sompnium. Proinde
a me et ab omnibus irreprehensibilis esse videris. Quadam namque
die epulabatur philippus rex cum principibus et primis mace
donie una cum olimpiade uxore sua. Nectanabus autem
per artem magicam transfiguravit se in figuram draconis et
per medium triclinium in quo comedebant philippus transiens ibat
sibilando. sic terribiliter ut pavorem et conturbacionem mit
teret in hiis qui convenerant. Et appropinquans ad olimpiadem po
suit caput in gremio eius et osculabatur eam. Rex autem cum hoc
vidisset. dixit olimpiadi. Ego dico et vobis omnibus qui mecum epula
mini. Hunc draconem vidi tunc quando preliatus sum cum inimicis
meis. Post paucos autem dies sedens philippus rex solus in
palacio suo apparuit ei parva atque mitis avis vo
lans. et sedens in gremio eius genuavit ovum. et cecidit

ipsum de gremio eius in terra atque confractum est. Statimque ex
eo exivit serpens parvissimus. Cogitavit quod ovum voluit
introire in eum. et antequam ibi caput mitteret mortuus est.
Quod cum vidisset rex philippus turbatus est valde. et vocavit
ad se ariolum et ostendit ei ovum et serpentem. et narravit
ei quadmodum accideret. Cui ariolus ait. Rex philippe.
nascetur tibi filius qui debet regnare post tuum obitum. et circuire
totum mundum subiugando sibi homines. Et antequam revertatur
in terram nativitatis sue in parvis annis morietur. Appropin
quabat autem ipsius pariendi olimpiadi. et cepit a dolore
torqueri uterus eius. Fecitque vocari ad se nectanabum. et dixit
ei. Magister magnis doloribus torqueor venter meus. Necta
nabus computare et dicere illi. Sublevare te paululum regi
na a solio tuo. quia hac hora omnia turbata sunt elementa a sole.
Factumque est. et recessit ab ea dolor. Et post paululum dixit
ei nectanabus. Sede regina. Et sedit et peperit. At ubi ce
cidit puer in terra, statim facti sunt terre motus. fulgura et to
nitrua magna. et signa pene per totum mundum. Tunc si
quidem dilatata est nox. et usque ad diei plurimam partem extendens
conversa est. Tunc et saxa de nubibus cum grandine mixta ce
ciderunt. et ipsis terras lapidibus verberaverunt. Quare phi
lippus rex turbatus est nimis. et tremefactus. Ingressus ad
olimpiadem dixit ei. Mulier cogitavi in corde meo
ut nullo modo nutriretur iste infantulus, pro eo quod non est
ex me conceptus. Sed tamen intelligo adeo hunc esse concep
tum. quia in nativitate eius video mutari elementa. Nutri
atur in tali memoria. ac si meus sit filius. et qui

sit ille quem habuisti quando mortuus fuit. ex alia uxore. et impo-
natur ei nomen alexander. Hec dicente philippo. cepit nu-
trire femine infantem. cum omni diligencia. Facturam illius
nec pater nec mater assimilabatur. sed ipsa figuram suam habe-
bat. Coma capitis eius. sicut coma leonis. Oculi eius mag-
nificantes. et non similabat unus ad alterum. Sed unus erat
niger. et alter glaucus. Dentes vero eius erant acuti. Impetus illius
feruidus. sicuti leonis. et quod debebat in posterum fieri.
figura illius significabat. In scolis namque ubi sedebat cum
sociis. pugnabat cum eis. atque uincebat eos. Et tam in litteris
quam in loquela. et uelocitate antecedebat eos.

De iuuentute et prudentia alexandri.

Cum autem esset alexander annorum xii. instruebatur ad
pugnam. sicut uidebat facere milites. Quem
cum uideret philippus rex uelocitatem eius. placuit. et dixit illi.
Fili alexander. diligo uelocitatem tuam atque ingenium.
animi tui. sed tristis existo quia figura tui non assimilatur
michi. Audiens hec olimpiadis. magis timuit. et uocauit
ad se nectanabum et dixit ei. Magister perscrutare et in-
tellige quid cogitat philippus de me facere. Qui ait. dixit ale-
xandro huic. fili diligo uelocitatem tuam atque inge-
nium. animi tui. sed tristis existo. quia figura tui non assi-
milatur michi. Nectanabus hec audiens cepit computare et
dicere regine. cogitacio illius erga te [illegible]. Solus scio
quod respiciebat in quandam stellam separandam ab eo dominium su-
um. Alexander itaque cum audisset hunc sermonem
dixit ei. Pater hec stella quam computas est in celo. Cui

nectanabus respondit. filio. Alexander dixit. et potes mihi eam
ostendere? Nectanabus respondit. Sequere me hora noctis extra
ciuitatem. et ego ostendam tibi. Alexander dixit. Et fatum
tuum agnoscis? Nectanabus respondit. fortiter. Alexander dixit.
hec causa bona est. et opto illam scire. Et quam mortem debes
facere pater scis? Nectanabus respondit. Scio quippe fili. quia a filio
meo debeo mori. Et hec dicens nectanabus. descendit
de palacio suo. et secutus est eum alexander. hora seroti
na extra ciuitatem. Cumque uenissent ambo super foueam
que erat circa murum ciuitatis. dixit ei nectanabus. fili ale
xander respice. stellas. et uide stellam erculis quam tristatur. Et stellam mercurii quam letatur...
Stella itaque iouis lucet clara. Taliter respiciendo super
sum nectanabus. accessit ei propius alexander. et fecit impetum
in eum atque piecit eum in foueam. que erat iuxta murum
ciuitatis. et dixit ei. Sic decet te mori uetule. scien
do terrenas causas. Quare uoluisti scire secreta as
trorum. Cui nectanabus respondit. cognitum mihi fuit hoc. quia sic
mihi debuit euenire. Et non dixi tibi quia a filio meo de
beo mori? Alexander respondit. Ergo ego filius tuus sum?
Nectanabus. respondit. certe filius meus es. et hec dicens expi
rauit. Alexander itaque paterna pietate commotus. ele
uans corpus eius in humeris suis. portauit eum in pala
cio. Cum igitur eum uidisset olimpiadis. dixit ei. fili ale
debeo ab illo recipere similitudinem an ille ex me? Dixit
unus ex principibus suis dicens. Alexander in omnibus peritissimus est.
et in vultu ostendit omnia per semetipsum facies viriliter, qui for
titudinem et victoriam leonis habet. Ad hec darius. Unde tibi
cognitum est? Ille dixit. Quando perrexi per tuam iussionem mace
doniam tollere censum philippo patri suo, tunc vidi illum et cog
novi figuram et sapientiam eius. Unde oportet te dirigere in omnibus fini
bus tuis et congregare omnes satrapas tuos et principes, qui pluri
me sunt gentes que sunt sub regno persarum, id est parti et medi et a
pollomades, mesopotamie et illirici. Non dico longin

qorei sicut fuit itali. et baccei. et semiramici. Cos cum gl
amplius quam. c.L. congregarentur in unum. et quamvis auxilium
adessent. ceperunt videndo alexandrum plenitudinem gentium. et virtutem
barbarorum. timor et tremor apprehenderet eum et omnes qui cum illo
fuerunt. Cui unus ex principibus dixit. Bonum consilium dedisti sed non
est aptum. Nostis quia unus canis maximum gregem spargit a
nimalium. Ita et sapientia grecorum superat multitudinem
barbarorum. Interea alexander congregato exercitu suo in quo erant
pedites. xxx.v. milia. equites quattuor milia quingen
tos. naves. c.lxxx. At tamen cum paucis hominibus quod mirabi
le est universum mundum vincere et subiugare ausus est.
Et deinde commoto exercitu perrexit armeniam magnam et sub
iugavit eam. Deinde ambulavit dies multos et ingressus
est locum aridum et cavernosum ubi non inveniebatur aqua
et transiens per locum quem adrici dicunt venit ad fluvium eufra
ten et castra metatus est ibi. Rex autem iussit afferri
ligna et preparari pontem super ~~pontum~~ ipsum fluvium et iussit liga
ri eum clavis et catenis ferreis et precepit militibus suis ut tra
sirent. Illi autem videntes magnitudinem fluvii et cursum ti ualde tim
muerunt intrare in ipsum pontem ne frangerentur ipse catene.
Videns autem eos alexander dubitare precepit custodibus animalium ut
transirent primum. Deinde omnis apparatus exercitus ipsius. Post hoc iussit
militibus suis ut transirent. Illi autem dubitabant. Alexander autem
videns eos dubitare iratus est valde et convocans princi
pes suos et cepit transire primum ipse. Deinde mox principes
et omnis exercitus. Fluvius itaque tygris et eufrates pergunt
per mesopotamiam et babiloniam et intrant in fluvium nilum.

Referunt enim alii quod quando fluuius nilus irrigat egiptum ista
flumina euacuantur. Et quando iterum regreditur in alueo suo.
ista flumina intumescunt. Et cum transissent alexander et omnis exer
citus flumen eufraten castrametatus est ibi et fecit in
cidere ipsum pontem. Uidentes autem hec milites eius contristati sunt
ualde. et murmurantes ceperunt dicere inter se. Si euenerit
nobis ut fugiamus e prelio. non erit transitus nobis. Quibus alexander
dixit. Quid est quod inter uos confertis dicentes. quod si accidit
nobis ut fugiamus e prelio non est transitus nobis. Nam pro certo
scitote quod ideo feci ipsum pontem incidere ut aut pugnetis
uiriliter et uincatis aut si uultis fugere e prelio pereatis. Ca
pugna et uictoria non erit de his qui fugiunt. sed de il
lis qui insequuntur. Ideo quod confortentur mentes uestre et fortitudo
pugne estimetur uobis ludus. quia certissime sciatis. quod nul
lo modo uidebitis macedoniam nisi postquam subiugauero cunctos
barbaros potentia mea. Et tunc redibimus illuc cum uicto
ria magna et leticia magna. Inter hec quidam ex principibus da
rii imperatoris nomine nostadi. scripsit epistolam continentem
ita. Epistola Nostadi ad darium regem persarum.

Dario regi preclaro et magno. Nostadi dirigit gaudium.
Non oportuerat me uestre glorie hec scribere. Sed hec ideo facio quod
necessitas constringit me in dolore. Ita quippe sciat uestra sub
limitas. quod duo magni uiri ex principibus mortui sunt in
ipso prelio quod fecimus cum alexandro. Et ego male uulneratus
sum. Chorasfortis uulneratus est. et fugiendo abiit in finibus
suis. Plurimi potentissimi atque preclari milites nostri. iunxe
runt se alexandro regi. honorauit quoque eos. et regales [illegible]

as illis constituit. Ciuitatem autem intrauit cum populo igne succen-
dit. Hac epistola recepta et audita darius statim rescripsit aliam
dicentem ita. **Epistola darii Nostadi principi.**
Darius rex nostadi principi suo salutem et gaudium. Vir
fortis et potens. preparare cum omnibus ad me principibus ut va-
leans resistere genti macedonie que nullo modo letatur in his que
fecerunt nisi maiora perficiant. Interea quidam ex principibus mili-
cie darii. uenit ad alexandrum dicens. Magne imperator unus sum ex
principibus milicie darii et plurima bona et seruicia feci ei nichil
boni aliquid ab eo recepi. Propterea si placet uestre glorie pre-
be michi x. milia armatos iuuenes. et tradam
plurimos ex principibus milicie uestre et ipsum darium. Cui alexander dixit.
Amice perge adiuua darium regem tuum quia non tradam tibi ex-
traneos per quos uis expugnare tuos. Satrapsi et spichir sa-
trape imperatoris darii. rescripserunt dario epistolam continentem ita.
Epistola satrapsi et spichir ad darium.
Dario regi persarum. satrapsi et spichir satrape gaudium.
Iam antea scripsimus uestre glorie. Et nunc scribimus iterum de
aduentu alexandri. Et cognitum facimus uestre glorie quia uenit in
hanc terram et dissipabit eam. Propterea recordando dirigi-
mus uestre clemencie ut succurratis nobis et adiuuetis nos
ut possimus resistere ei. antequam ingrediatur ad te. Recepta
itaque a dario hac epistola rescripsit aliam ad alexandrum continen-
tem ita. **Epistola darii ad alexandrum cum superbia.**
Darius rex persarum famulo meo alexandro dicendo
mandamus. Peruenit in manibus nostris epistola de tua
superbia. Credisque tu cogitas uenire super nos ut loquaris

nobis. Sed sibi p(er) fieri quod orientales dii p(ro)gant habitare in oc
cidente. Acceptum est nobis quod ostendisti benignitatem erga
meos. Unde pro certo scias quod quamvis illis benefeceris tum ami
cum me non habebis. inimicum. Sed tu ne pigriteris indulgere
meis. sed crucia illos ut filios inimici. quia quoniam quoque in ultimo
sententiam dando tibi. Recepta itaque hac epistola alexander legit
eam et risit. Statimque rescripsit aliam epistolam dario dicentem
ita. Epistola alexandri ad Darium.

Alexander filius philippi et olimpiadis dario regi per
sarum dicendo mandamus. Superbiam et elationem seu vanam
gloriam odio habuerunt dii. Ita quod non cessas ut video
blasfemare eos usque in finem. De his autem quod scripsisti nobis
de bono et honore quod tuis fecimus. ut si non habeam te
amicum non curamus. quia quod eis fecimus pro tuo amore non
fecimus. sed benignitatem meam meis ostendo. Nam sicut
non est simile meum diadema tuo. ita et consuetudo ordi
nis mei. similis est consuetudini ordinis tui. Caue itaque ha
beto nunc in te quia citissime uenio ad te ut loquar
tecum. Cum autem fuisset scripta hec epistola uocauit ad se ipsos mis
sos darii alexander. Et dedit illis ipsam epistolam pariter et dona etiam
et dimisit eos. Inter hec autem alexander conuocatis militibus suis dixit.
Inueniamus hominem per quem mandemus dario dicendo. aut mit
tat se sub iugo potestatis nostre. aut pugnet nobiscum.
Eadem quoque nocte apparuit in sompnis alexandro deus amon in figura
mercurii. portans regalem clamidem atque macedoniam uestem.
et dixit illi. Fili alexander quando non est tibi adiutorium paratus sum
adiuuare te. Sed missum quem dixisti mittere dario. uide ne

fecerit. Volo itaque ut induaris figuram meam et pergas tu ibi
quamvis periculum sit rex ut apocrisiario. Sed tamen noli expavescere
quia deus est in adiutorium tibi. Nullam quippe sustinebis angustiam
Exurgens alexander a sompno repletus est gaudio magno. Et con
vocans amicos suos narravit illis sompnium quod viderat. At
illi dederunt ei consilium ut ita faceret. quemadmodum dixit ei am
mon in sompno. Tunc alexander vocavit unum ex principibus mili
ciae suae. cuius nomen erat eumulo. Erat autem vir iste audax et
fidelissimus alexandro. Et iussit ut unum caballum ascenderet. et
alium vacuum traheret. et sequeretur alexandrum. Factum est. Et cum pervenis
set eumulo ad fluvium qui dicitur stragis. invenerunt eum coagulatum.
Statimque alexander mutato habitu induit se vestimentis quae in
sompnis viderat. et principem miliciae suae dimisit ibi cum duobus
Et ipse cum caballo in quo sedebat transiens per ipsum fluvium
et cepit ire inter persipolim ubi erat darius. Eumulo autem roga
bat eum dicens. Domine imperator permitte me transire tecum
ipsum fluvium. et venire ne forte veniat tibi aliqua angustia.
Cui alexander dixit. Expecta me hic quia in meo adiutorio veniet
ille qui mihi in sompnis apparuit. Iste enim fluvius de quo superius
diximus yemali et estivali tempore tota nocte. permanet coagula
tus. Mane autem facto cum caluerit sol dissolvitur et efficit
se nimis rapidissimus. ita ut siquis eum ingressus fuerit
rapitur et absorbetur ab eo. Est enim latitudo eius fluminis. in
ipsius transitu stadiorum unius. Sed in alio loco latitudo eius est maxima.
Cum autem venisset alexander ad portas civitatis. et videntes eum persae
mirabantur de figura eius. Estimantes illum esse deum. Tunc interro
gaverunt eum dicentes. Quis es tu. Apocrisarius sum regis alexandri.

Darius imperator tunc erat pro iracundia ire sue uociferando.
et congregando multitudinem hostium ut pugnam cum alexandro
committeret. Qui cum uenisset ad portam ciuitatis et in uenisset
alexandrum loquentem cum persidis miratus est ualde in figura eius putans
eum esse deum apollinem descendentem de celo. Statimque adorauit
eum et dixit illi. Quis es tu? Cui ille respondit. Misit me rex alexander
dicens ad te: Ut quid moras facis tu timidus homo exire prelian-
do in campo cum inimicis tuis. Aut subiuga te sub potes-
tate nostra. aut constitue diem pugnandi. Cui darius? For-
sitan tu es alexander qui cum tanta audacia loqueris. Ut uideo non
loqueris sicut missus. sed sicut alexander. Nam pro certo scias quod ullo
modo non conturbant me dicta tua. sed tamen comede hodie ad ce-
nam meam sicut missus. quia alexander inuitauit missos me-
os ad cenam. Et dicens extendit manum suam et apprehendens
illum per dexteram manum introducebat eum illum in palacium
suum. Alexander cepit cogitare et in intra se dicere. bonum signum
ĩnö signum facit iste barbarus introducens me per dexteram
in hoc palacio. Certissime et enim adiuuantibus diis in proximo
meum erit istud palacium. Et ingresso dario una cum alexandro
in triclinium in quo erat cena preparata. Sedit darius
imperator. sedit et alexander. Sederunt et principes militie
darii cum alexandro. facie ad faciem. Erat enim ipsius palacii
totum ornatum ex auro. eo quod parua esset ignorantes quanta
sapientia et quantis uirtutibus et qualis audacia. erat in tali corpus-
culo. Parapsides autem erant omnes ex auro. Pincerne uero se-
pius ferebant pocula in uasis aureis ornatis ex preci-
osis gemmis. Mediante uero conuiuio cum porrectum

fuisset alex͠o poculũ aureũ bibit. ⁊ misit eũ ĩ sinũ
suũ. Allatũ ē ei ⁊ uas alteꝛũ. ⁊ fecit sił. Deinde usque ad
t'tiũ. Allator aũt uasculoꝝ cũ hi uidisset retulit dario
ĩpatori. Quo audito dari9 erexit se. ⁊ dixit alexo. Miles
q̃ est hoc qđ facis? Quare abscondis uasa aurea ĩ sinu
tuo? Cui alex. dixit. In cõuiuio dñi nri talis cõsuetudo ē
ut cõuiue si uoluñt sibi uascła cũ q̃bꝫ bibũt. tollunt.
Hic tał cõsuetudo nõ ē apud uos. reddo ea uobis. Et hoc dicens   q̃ apud nos
reddidit pincẽne ea. Pse q̃ sedebat ĩ cõuiuio cepũt
mutuo loq̃ ĩt' se dicẽtes. Ista bona consuetudo ual
de ē. Homo q̃dam ex p̃ncipib9 milicie darij. cui nom̃
erat anepol sedẽs ĩ cõuiuio. ⁊ ĩtuẽs ĩ faciem alexi.
viderat eũ tũc aliuim qñ direxerat eũ darius cũ alijs
macedoniã philippo tollẽ cẽsum. Et ĩtelligẽs uocẽ
⁊ figurã ei9 cepit cogitare ⁊ in tra se dicẽ. Nonne
iste ē alex philippi filius? Cũque uidisset eos alex ĩt'
se mutuo loq̃ ĩtelligẽs q̃ de agnicione ei9 diceret. stati
exiliẽs de loco suo exiẽs foras tẽlũ ũ ĩuenit q̃dã ex
ꝑsis tenẽtẽ ĩ manu faculã ꝑcussit eũ ĩ capite ⁊ tollẽs
ei faclam ascẽdit caballũ suũ. ⁊ cũ magna celeritate ce
pit ire. Pse eũ uidentes hi oẽs ascẽdentes equos suos cũ
magna celeritate secuti sũt eũ. Erat enĩ obscura
nox. Alex. itaque portãs faclam ĩ manu tenebat
it' rectũ. Insequẽtes aũt illũ. alij errabãt deuiantes   aute
Alij peuciebañt facies suas ꝑ ramos arboꝝ. Alij ei
delkit ꝑ de fossã ... Sedente aũt dario ĩ trono suo
⁊ cogitante de hoc q̃ fecit alex. Aspex cõtra statuam

auream xerxen regis · qui sedebat sub tegmine eburneo.
Et statim cecidit ipsa statua. Mox darius dolore ductus cepit
flere amare et dicere. Hoc prodigium desolacionis est domui mee.
et destruccio regni persarum. Alexander itaque venit ad fluvium
supradictum invenit quia eum congelatum et transivit et antequam de fluvio
exiret mortuus est caballus eius et dissolutus est fluvius et tu-
lit eum. Hoc vero nunciatum est cumulo milicie principum et reversus est
ad suos. Alia namque die congregato exercitu suo et ascendens in
eminenciori loco confortabat eos dicens. Non equabitur multitu-
multi do persarum ad multitudinem hominum nostrorum quia plures sumus nos
quam illi. Et tamen si illi multo plures nobis fuissent et centuplicarentur non de-
beremus turbari. quia multitudo muscarum nullam lesionem prua-
let facere pinnatis vespium. Tunc vero omnis exercitus elevata voce ce-
pit laudare eum. Et darius imperator audiens alexandrum satrapas
suas in pugna vicisse et ulterius accessisse. Tunc congregat
exercitum suum et pervenit ad numerum .lx. milia. hominum. Alexander
itaque habuit .xxx. iiii. milia peditum. equitum vero .iiii. milia.
Sonuerunt quoque tubas bellicas per partes et ceperunt acriter pug-
nare inter se. Stabat autem fortiter et nullus pars parti cedebat
locum. Tunc siquidem pugnando inter se ceperunt plurimi cadere a par-
te barbarorum quia non minus arte alexandri quam virtute macedonum
superabatur. Videns darius suos in bello deficere terga vertens ve-
nit fugam. Interfecti sunt ibidem exercitu persarum .xl. milia. De
exercitu vero alexandri sunt ibi interfecti .c.xx. equites et .viii. centum pe-
dites. Alexander autem castra metatus est ibi et fecit diis victimas.
Precepit quoque militibus suis ut colligerent corpora mortuorum
tam persarum quam macedonum et sepelirent ea. Vulneratos addu-

ceret ad castra. et inferrent illis medicinam. Deinde scripsit
epistolam suis principibus et satrapis tali modo. Epistola
alexandri ad habitatores syrie.

Alexander filius philippi et olimpiadis principibus et satra-
pis et subditis meis habitatoribus syrie et capadoc-
cie. et peflagonie et habitatoribus arabie. aliis quoque gentibus
gaudium et salutem. Volo et precipio ut preparet unusquisque uesti-
menta mille. Et pelles animalium mortuorum confectas alias
mille. Et mittite eas in antiochiam ut parate sint militi-
bus. scilicet tam uestimenta quam calciamenta. quoque camelos ordinatos
habemus in antiochiam ut adducant ea usque ad flumen eufra-
ten. Darius itaque fugiens ingressus est ciuitatem persipolim.
et statim scripsit ad porum regem ut preberet ei adiutorium.
Porus rescripsit epistolam continentem ita. Epistola pori regis
ad darium.

Porus indorum rex. Dario regi
persarum. Sicut duxisti rogando nos ut ueniremus
in adiutorium uestrum parati fuimus et sumus. Sed impediunt nos
infirmitates quas habemus. quod nobis ualde durum est de hac in-
iuria. Sed cum in proximo recipies milites meos. atque
alie gentes uenient in adiutorium uestrum que procul sunt
a nobis. In tempore hac [illegible] nunciatum est alexandro de aduentu darii
quod festinat uenire cum plurimo exercitu. ut iam angustiam
tauri montis appendat et ibi eum inceteret et superaret.
Mox autem alexander uiua celeritate taurum montem cilicie
transcendens. et quingentis stadiis. i. lx. iii. miliaria. et me-
dium unum diei cursum transmissis. tarsum ciuitatem
uenit. ibique consudans accidit uoluntati eius ut laua-

ret' in gagũ flumium qͥᷓ fuit frigus. sein q' est. Statĩ ob
riguit. ⁊ cõtractu neruor. morti primũ fuit. Videntes
eũ infirmari macedones tristati sũt ualde. Et timentes
cepũt dicẽ intra se. Si dari' audierit infirmitatẽ alexi
faciet impetũ sup nos ⁊ deleret nos. Animus alexi cõfor
tabat nos. Tc alex̃ uocauit ad se philippũ medicũ suũ.
⁊ sciscitabat eũ de ĩfirmitate sua. Erat aũt iste medic'
iuuenis. ⁊ pfect' ĩ arte medicine. Et pmiserat alexo
q' p unã medicinã sanaret eũ. Quidã hõ q̃ tenebat arme
niam noĩe parmeni' habebat hũc medicũ inodio. p
eo q' dligebat' ab alexo. Et statĩ scripsit ep̃lam ad alexĩm
dicẽs. Dñe rex caue te a philippo medico. ⁊ noli bibẽ
pocõnẽ ei'. q' pmisit ei dari' dare filiã suã uxorẽ. si oc
ciderit te. ⁊ faciet cõsortẽ regni sui. Lecta itaq' ep̃la
hac alex̃ relegit ⁊ tenuit eã in manu. Nec ppea timu
bat' ẽ q' secur' erat de cõsciã philippi. Et ecce philipp' cũ
medic' pocõẽ pparata. ingressus ẽ anĩ alexim. ⁊ obtulit ei ipsã
pocõem. Alex̃ accepta pocõẽ cũ una manu. ⁊ alia
medici ep̃lam respiciebat philippi faciẽ. Cui medic' ait. Optĩe
impator noli expauescere pocionẽ [illegible] s; bibe illam.
Statĩ alex̃ bibit pocioẽm. ⁊ p̃ea de[illegible]dit ep̃lam phi
lippo medico. Ille lecta philipp' ep̃la dix̃. Optĩe ĩpator
nõ sũ culpabil' de h' q' ep̃la dic. Alex̃ san' effcs̃ uocauit
ad se philippũ medicũ. ⁊ amplexat' ẽ collũ ei' ⁊ dix̃ illi.
Cognouisti philippe amorẽ ⁊ fiduciã q̃ habeo in te. sci
endo amiciciã tuã ĩ me ẽẽ. Antea bibi pocõnẽ tuã. ⁊
postea dedi t' ipsam ep̃lam. Cui philipp'. R. Optĩe ĩpator

fac uenire illū hoīem q̄ t̄ duxerit hāc ep̄lam. qm̄ ille mo
nuit me talia facē. Tunc alex̄ iussit uenire parmenium
⁊ ꝑscrutat᷒ est eū. inuenitq; eū culpabilē ī morte sua.
p̄cepit q; eū decollari. Interea dari᷒ cū trecentis milib᷒ pedi
tū. ⁊ c. milib᷒ eq̄tū in pugnā ꝓcessit. Siq; in tā iactū
uni᷒ sagitte uīq; cōuenisset exerc᷒. ⁊ itenē᷒ ad tubas bel
licas uīq; ꝑꝑlis cēt. ⁊ p̄ncipes ꝑ partes discurrentes ut
in uariis incitamītis ꝑꝑlm acuerēt bellū cōmittē. Tunc
sicq᷒ pugnando īt se inuicē nullo m̄ cedebāt ꝯ locum.
Et ualde mane īceptū ē pliū. ⁊ pugnatū ē usq; ad me
diū diē. Deīn cepit ꝑse ī bello defic̄e. Cumq; uidisset
dari᷒ rex suos ī bello defic̄e ipē uulnerat᷒ iniit fugam.
Tunc ibi ex ꝑsis. xxx. milia peditū. ⁊ decē. m̄. eq̄tum.
īterfecti sūt. Capti aūt. xl. m̄. Ex macedonib᷒ ū cecide
rūt. c. xxx. pedites. In castris aūt castroꝝ mat̄ ⁊ uxor
⁊ due sorores. ⁊ due filie darii capte sūt. Mox aūt alex̄
ad inuadendā ꝑsicā classē. parmenione cū multis mi
litib᷒ misit. Inibi itaq; ꝑlio erat uir ꝑsarū adō acerrimus
cui spōponderat dari᷒ dare filiā suā uxorē si occidisset alexm̄.
Ille aūt īdut᷒ ē ueste macedonia ⁊ armis. ⁊ īt acies pug
nantiū mixt᷒ cū militib᷒ alexī stetit p᷒ tergū ei᷒. ⁊ e
uaginato gladio tā forti᷒ ꝑcussit capud ei᷒ q̄ ī aliquo
uulnerauit. Videntes h̄ milites alexī statī apphenderūt
eū. ⁊ statuerūt añ alexm̄. Dixit q; illi alex̄. O strenue
⁊ fortissime uir. qd̄ ē h̄ qd̄ ī me fecisti. Cui ꝑsa bar
bar᷒. R. Ne estimes me īperator marie macedoniā
eē s; un᷒ ex ꝑsis. Promisi ego dario capud tuū auferre.

cōīub' fecerio
rem. ꝛ ginu
o uisse eu
habe

Ille eum respondit in dicens. Si hec feceris dabo tibi filiam me-
am uxorem et regales prouincias. Alexander itaque conuocatis militibus
suis. statuit eum ante omnes. et dixit. Nisi comissiones conuenit
nobis talem habere saluum. Darius itaque uulneratus ex prelio. fugiens
ingressus est persipolim ciuitatem. Et ascendens in palacium suum
prostrauit se super faciem suam. et ex alto pectore trahens dura
suspiria. et plorando sic dicebat. Heu me miser eu me
dolor. qualis celestis ira et tribulacio apprehendit me perditum.
Ecce humiliatus est darius usque ad terram. qui subiugauit atque
in sua potestate redegit multas ciuitates. plurimasque in-
sulas. et plurimas naciones gencium. Nunc autem fugitiuus
et subiectus factus est. Et si cognitum fuisset misero homini
quod ei in futuro accidisset in presenti aliud cogitasset. In puncto
enim articuli unius diei uenit qui humiles exaltat usque ad
nubes. et sublimes humiliat usque ad tenebras. Et hec dicens
erigens se reuersus est sensus eius in eo. Statimque scripsit epis-
tolam ad alexandrum continentem ita. Epistola darii ad alexandrum

Darius rex domino alexandro gaudium. de humiliacione.

Recordando mitius uestram clemenciam quia et tu sicut
homo natus es. Sufficit enim homini in quo sapiencia esse uidetur sic me-
te esse. Cum habuerit uictoriam non eleuetur mens eius amplius
in sublime: sed semper cogitet nouissima. Recordare
xersen regem fortissimum unde ego originem duco qui
multas habuit uictorias plurimaque prospera. Sed quia ultra mo-
dum eleuata est mens eius habuit fortitudinem in ellazam. Et plu-
rimas diuicias auri habuit quas tu ipse uidisti apud nos. Re-
cordare etiam quia superna prudencia concessit tibi uicto-

nam hanc. Inde expende in miliciam que refugium facio
apud te. Scis enim nos nostram que magnitudinem et nativitatem.
Concede nobis matrem nostram et sorores. uxorem. et filias. et ad vicem
promitto tibi dare thesauros quos habeo in terra medorum. et fusis
et macta. quos thesaurizaverunt parentes mei subter terram.
Et constituo te dominum medis et persis omnibus diebus vite ~~mee~~ mee. Esto
salvus et concessa sit tibi victoria tua a Jove summo. Venien
tes autem missi darii ad alexandrum. obtulerunt ei hanc epistolam. Statimque
iussit eam legere coram militibus suis omnibus. Milites autem eius au
dientes epistolam gavisi sunt valde. Tunc unus ex principibus mi
licie cui nomen erat parmenion dixit ad alexandrum. Domine im
perator tolle tibi cuncta hec que promisit darius. divicias. et redde ma
trem eius. uxorem. et sorores. et filias. Tunc alexander vocavit ad se
ipsos missos darii. coram omnibus dixit. Indicate imperatori vestro. Im
tor si pretio vult recolligere matrem suam. et sorores. uxorem
et filias. Si vero est dives non pretium nobis promittat. Et si iterum
vult pugnare pugnet. Si invenerit nos victoria salvare
valeamus nos metipsos. quanto magis ut teneamus matrem eius
et sorores uxorem et filias. Et hec dicens dedit illis dona optima
et dimisit ~~illos~~ eos. Inde revertentes ipsi missi darii ab
alexandro narraverunt ei quemadmodum despexit illum alexander. Tunc da
rius cepit se preparare iterum. ut aliam pugnam cum alexandro com
mitteret. Tunc non scripsit epistolam ad porum indorum regem
continentem ita. **Epistola darii ad porum regem indorum.**

Darius rex persarum poro regi gaudium.
Jam superdiximus vos rogando ut faceretis nobis adiu
torium. contra istos qui conati sunt dissipare palacium meum

Iam ipse alex̃ q̃ pugnat nobcũ habet ferocẽ animum
sicut fera. ⁊ tempestat animꝰ eiꝰ sic mare qñ repletur a
uento. Volui abeo colligẽ matrẽ meã ⁊ sorores. uxo
rem ac filias. ⁊ ad uxorẽ dare illi mediã partẽ regni
mei cũ thesauro meo. s; noluit m̃ adq̃escẽ. Quã uis
sim̃ mea uoluntate tm̃ ꝯgregabo mꝉtas gentes. ⁊ de
ꝯtabo usq; ad mortẽ. ⁊ pugnabo cũ illo alia uice.
Va mel̃ ẽ m̃ mori ĩ bello q̃ uidẽ desolacoẽm m̃ã
⁊ gentis mee. Prꝰq̃ ꝯdoleat mĩa tua sup miseriã
nr̃ãm. Et adiuuate nos ut saluem̃ ab angustia ĩ q̃
positi sum̃. ⁊ reuoca ĩ memoria tua ordinẽ patrẽ
tũ. Et h̃ ꝑmitto uob̃ q̃ datũ dabo oĩb; q̃ uobcũ adue
nerĩt. ꝑ unũ q̃q; mẽsẽ pedestribꝰ hoĩb; ꝑ singlos
sol. aureos. iij. Equitib; ũ ꝑ singlos solidos aureos. v.
Cibaria uob̃ ⁊ oĩb; ẽ seruientib;. ũ nõ ĩ q̃bꝰ necesses
habuerĩt ego dabo. Et ubicũq; castra metati fuerim̃
dabim̃ uob̃. c. l xxx. iuuẽctas ornatas diuersis orna
mentis ꝓ urõ obseq̃o. Caballus ũ bucephalus alexĩ ⁊ pa
ramẽtum urm̃ sit. Spolia ũ q̃ milites cepũt media
sit de urõ exercitu. Et ualde rogam̃ ut cũ recepis hãc
ep̃lam festina uenire. Inter h̃ at̃ fugientes q̃dã mi
lites dari ad alex̃m narrauerĩt ei q̃ admod̃ ꝑpara
uit se dariꝰ cũ suis. ut aliã pugnã cũ eo cõmitteret.
⁊ q̃m̃ direxerat ad porum regẽ indorũ ut festinaret
ĩ adiutoriũ suũ. Cũ at̃ audisset h̃ mat̃ eiꝰ. tristis ef
fecta ẽ ualde. S; cũ scripsit ei ep̃lam ꝯtinentẽ
ita. Ep̃la rodogonis regine ad dariũ filiũ suũ.

Dario dulcissimo filio. Rodogone mater sua dicit
gaudium. Audivimus quod congregasti populum tuum et ali-
as gentes plurimas. et vis pugnare alia vice cum alexandro.
Set vis immo si totum mundum adunare potueris non potes
ei resistere. quia victoria et prosperitas concessa sunt ei a diis. Proinde
dimitte sensum altitudinis tue et reclina paululum
acta tua. Nam si in ipsam perseverare volueris. perdes vi-
tam et induces mala super nos. et facies nos perdere honorem
quem apud eum habemus. Nam certus esto fili mi quod in magno
honore nos habet. Et noli amplius matri tue parare
angustiam. quia fiducia est michi quod potueris venire in meo
ordine cum alexandro si volueris. Relecta itaque darius hac
epistolam. flevit et turbatus est valde. veniendo illi in me-
moriam parentes sui. Interea alexander statuens in corde suo
et dicens ut nullo modo vocaretur imperator si regnum darii non
optinuisset. Et amoto exercitu suo cepit appropinquare super
civitatem darii. Et ita appropinquavit ei ut milites sui com-
prenderent sublimissima loca montium que erant super civitatem
darii. Tunc precepit militibus suis ut inciderent ramos
arborum atque evellerent herbas. et ligarent eas in pedibus
equorum et camelorum et mulorum qui erant in ipso exercitu. Hoc in-
genium fecit ergo prius alexander ut maiorem pulverem faceret.
Persi videntes eos per se ab excelsis montibus obstupescebant
de multitudine. Et veniens iuxta civitatem persipolim
in qua erat darius itinere .v. dierum castra metatus est.
Darius namque spe pacis amissa congregato exercitu suo.
et amoto eo venit ad fluvium tigrim. transiens ipsum flu-

nium castra metatus est. Erat exercitus eius magnus valde et fortis
habebatque falcatos currus x milia. pedites xl iiii milia. Equites ii
c milia. Alia namque die convenerunt in campo utrique hostes. Alexander cum
suis et darius cum suis. Alexander ascendens caballum suum bucephalum.
et commoto eo cursu velocissimo stetit in medio ante omnes
suos. Videntes autem Perse ex adverso obstupefacti timebant
eum pro eo quod videbatur terribilis ab omnibus. Macedones autem erant
animosi de tantis victoriis quas habuerunt. Perse vero ineat mori
desiderant. Sonuerunt tubas bellicas per partes et secundo impetu
alexander contra eos. statim mixta est utraque ostium multitudo. Tunc
ceperunt pugnare inter se acriter. ex ambabus partibus sonabant
tube. Fortior est erat sonus armatorum pugnantium quam sonus
tubarum. Cadebant ex utraque parte multitudo militum. Erat
enim sagittariorum multitudo maxima per partes que cooperiebant
ipsum aerem. de sagittis sicut nubes. Alii autem manu ad manum
pugnabant cum ensibus. Alii autem cum sagittis et venabulis atque
contis. Et erat planctus magnus in eis et tribulacio magna. Eratque
campus plenus ex mortuis et semivivis. Inchoatum est prelium
ab ortu solis et pugnatum usque ad occasum eius. Inter hec plurimi ce-
perunt cadere a parte Persarum. Cumque vidisset darius suos in bello defi-
cere. desiderabat et ipse in bello mori. Et persuasus a suis terga
versus iniit fugam. Erat autem iam obscura nox et multitudo
curruum falcatorum fugientes occidebant suos et cadebant pe-
destres homines ante eos. sicut messis cadit in campo ante plenitu-
dinem equorum. Veniensque darius ad ipsum fluvium et invenit eum conga-
gelatum et transivit. Plenitudo vero Persarum post eum fugientes ingressi
sunt fluvium et impleverunt eum ab una ripa usque in alteram.

R statim rupta e glacies ei' & absorbuit eos. Alii uenien
tes ad ipm fluuiu & cu transire n posset insequentes eos
macedones interficiebant eos. In hoc itaq bello psaru oms
fiducia attrita e. ita ut p nllis rebellare ausus sit. & pa
cient' ipse p imperiu tantoru annoru iugu seruitutis
accepit. Alex itaq p continuos. xxxiiij. dies. castroru spolia
diuisit. Aliquu at i nullo plius tant' sanguis effusus est. De
niq i his bellis plus q infra tres circit annos cu dario
gessit. mt' equestres & pedestres i'fecti sunt quadrin
gentena milia. absq eis q i fecti sunt i ipis plis q
cu ei' satrapis gessit. Qui fuerunt numero. nouies cente
na milia. Desinu armoru exercitu transiens fluuiu tigrim
castra metat' e. & aliquot dies remansit ibi. Erat circa
ipm fluuiu palacia pulcherrima constructa a xerse re
ge psaru. & uidens ea iussit ut conburerent. & p paululu
penitens pcepit ut nllo m aliquis auderet ea conburere.
Erat enim i ipo loco camp' magn'. & speciosus in q ab an
tiquitate sepeliebant' reges psaru & indorum. & te fodie
tes i illo macedones inueniebant in ipis sepulcris uasa
gemmea & argentea. & aurea. Inueneruntq ibi sepulcru
nini regis assirioru ex uno lapide ametisto cauatu. ha
bente forinsec' sculptas palmulas & aues. & tam lucidissimu
erat ipse ametist' quod i aforis aparebat corp' hois. Erat
at i ipo loco terra angustiosa. & pessima i q erant multi
mlti hoies truncati. alii man' & brachia. Alii u tibias &
pedes. solum m aut man'. Qui audientes strepitu armoru
clamauerunt oms ad alexm. Audiens at clamore illoru

iussit eos abstrahi de ipsa terra. Et videns illos nimia motus sit
pro eos doluit et plorauit. Et precepit illis dari pro unumquemque
dragmas .m. et libras .x. et dragmas .v. Et permisit illis
restituere proprietates suas. Deinde amoto exercitu cepit
persipolim. Persipolis enim caput persici regni famosissima
urbium et fertilis diversis et bonitatibus totius mundi. Et
fugiens darius voluit ad partos attingere. Tunc unus ex propinquis
eius, qui suus nomine bisso. et alius arbar zanes conciliantes in
ter se apprehenderunt eum et compedibus aureis ligauerunt
estimantes bonam recipere remuneracionem ab alexandro. Tunc
ait ad eos darius. O karissimi propinqui mei et consanguinei
quare uultis me occidere. Forsitan enim plus sunt macedones
honorati apud alexandrum quam nos apud me. Recedite a me
quod sufficit in tribulacione mea. Si uultis hoc malum in me
facere quod et si me occideritis et invenit me alexander occisum
qui de latronibus vindictam faciet in uos. quoniam non est gaudium
imperatorum alium imperatorem interfectum aspicere. Illi autem nequaquam
conuerti sunt pietate super eum sed ceperunt ferire eum. Darius
imparato brachio excidit fortiter uulneratus. Et dimiserunt
eum in campo semiuiuum. iacentem sperantes eum esse mortu
um. Audiens autem alexander quod darius apprehensus suis teneretur compe
dibus aureis. perseque statuit et precepit ut exequeretur suus
exercitus et ipse cum sex milibus equitum ante perrexerat et invenit
eum in itinere solum relictum multis plagis confossum et pre
ardore plagas eflantem. Tunc cum vidisset alexander nimia mo
tus descendit de equo suo et exuit se clamidem et coo
peruit eum. et amplexatus est nimia eis et cepit flere amare.

⁊ dicere. Surge dñe dari surge ⁊ sicut olim fuis
ti dñs toci⁹ imperii tui esto ⁊ nc̄ ⁊ recipe psarum.
diadema. Esto gloriosus sic aceten⁹ fuisti. Iuro t̄ p poté
ntissimos deos q̄ uacit abrenūcio t̄ impiū tuum.
Recepto regē patris comede cibaria tua sic filius cū
genitore suo q̄ ullis imperator debet gaude. de mise
ria alt⁹ imperatoris. cū ab eo fortuna letitie recesserit.
Dñe dari dic m̄ q̄ fuerit percussores tui ut iudicatā i
eis exceā. Hat plorando cū diceret illi. alex extē
dens manū suā ⁊ amplexat⁹ est eū. osculans pect⁹
illi ⁊ collū ⁊ man⁹ ⁊ dix illi. Fili alex nō eleuetur
mēs tua in glā ppt uictoriam. q̄ habes. sciā si opa q̄
at⁹ fueris q̄ opati sūt dii. Et man⁹ tuas usq ad celū
extēderis semp nouissima cogita. q̄ fatuas est glā.
Nō ē data soli īpatori s; eis cā fatū pmiserit. Intuere
me ⁊ uide qlis fui esterno die. qlis sū hodie. O miser
rime hūiliat⁹ sum usq ad pluere. Q' fui dñs pene
oīs tre nūc meint ipm i potestate nō habeo. Sepeli
ant me obsecro benignissime man⁹ tue. ueniant
in obsequiū meū psē ⁊ macedones. ⁊ am psarū regnū
⁊ macedonū efficiat⁹ unū. Et sit cōmendata t̄ tota gē
mat mea. Inusericordia pietatis tue subueniat
uxori mee. Roxane filiā meā accipe t̄ i cōniugiū.
Ex bonis parentib⁹ nati estis. tu de philippo. roxane
de dario. Hat dicente dario i manib⁹ alexi emisit
spm. Q' defuncto alex. tristis effc̄ plorauit. Et corpus
ei⁹ sed ipiale more. onorifice ⁊ digne sepeliuit. Et cū

magno obsequio portabat eum, ante cedentes eius lectum mace-
dones ipse. Alexander etiam per semet ipsum supponens collum suum por-
tabat lectum eius cum persis. et ibat flendo amarissime. Plo-
rabat enim persis non tantum pro amore darii quantum pro pietate alexandri.
Et sepelierunt eum. Tunc quando viderunt hoc interfectores darii
turbati sunt. et nichil dixerunt alexandro volentes cognoscere
voluntatem eius. Alexander denique reversus est persipolim. as-
cendensque palacium et deambulans per eum mirabatur edificium eius.
cvij Construxerat eam cirus rex persarum. Nam pavimenta eius orna-
ta erant ex lapidibus preciosis candidis et variis. Et parietes eius
erant ornati ex auro et gemmis. Et erat ibi simulacrum celi ex
auro et gemmis et stellis fulgentibus ornatum. Et columpne au-
ree continentes illud. Alio namque die induitur vestimenta persi-
ca. et coronatus sedit pro tribunali in trono aureo. quod quidam
fecerat cirus rex. Et congregata ante eum multitudine populi co-
ram omnibus, iussit scribere per omnes provincias persidis epistolam continen-
tem ita. **Epistola alexandri ad persas de victoria et gloria sua.**

Rex regum alexander filius dei regis amonis et regine
olimpiadis omnibus civitatibus ac populis persarum dicendo manda-
mus. Gaudere me utique deceret si tantus hoc fecisset populus. Sed quia
voluit deus amon sic me constituere victorialem persidam.
Oportet me referre ei gratias et omnibus diis. Volumus itaque
et precipimus vobis ut ab hac provincia persida usque elladam omne
iter apertum sit ut euntes et redeuntes mercatores cum nego-
ciis nichil mali paciantur. ut locuples sit hec terra. et omni be-
nignitate repleatur. Gaudete. Deinde precepit silencium omnibus
et dixit. Volumus perse audire que ex vobis fuerunt interfectores da-

ni inimici mei accedant ad me ut videam illos et digni honore exibeam eis. Aliter dubitent venire ad me quia bonum servicium fecerunt michi quod occiderunt eum. Per potentissimos deos suiuro et per dilectam matrem meam olimpiaden quod preclarissimos atque potentissimos faciam illos inter omnes persas. Talis iudicio alexandri omnis ipsis persarum flebat. Tunc iniquissimi omicide darii interfectores bisso et ariobarzanes astiterunt voluntarie ante alexandrum et dixerunt ei. Domine imperator nos sumus ~~nos sumus~~ hi qui interfecimus inimicum tuum. Tunc precepit alexander apprehendi eos et ligari et duci illos super sepulcrum darii ut ibi capita truncarent. Illi autem ceperunt vociferare et dicere. Domine imperator vide quia iurasti per potentissimos deos et per dilectam et per salutem dilecte matris tue. Cui alexander respondit. Non michi decenciat ut loquar sed per ipsam quae constat hoc ut exprimis. Manifestacio vestra nullatenus fuerit si tale sacramentum non fuisset. Cogitacio autem mea talis fuit ab inicio. ut si inventi fuissent homicide illi decollarentur. Illi qui primum dominum occiderunt. extinctio eorum fiat erit. Hec dicens alexander. ceperunt vociferare perse inter se laudantes et benedicentes eum quia dominum. Homicidas autem illos iussit decollari totamque provinciam persidam ordinavit in pace. Constituens rectores et principes in omnibus locis. Fecit quemdam bonum senem in persidam civitatem cui nomen erat dimitus avunculus darii imperatoris. Et diligebatur nimium ab omnibus persidis. Per peticionem tocius ipsius persarum ordinavit eum alexander ducem in persidam. Alio namque die sedit pro tribunali in trono aureo coronatus. Et sedens preceptum darii imperatoris iussit venire filiam eius roxanem cum corona aurea ornata ex lapidibus preciosis. Iacet.

pit eam uxorem sibi. Fecitque sedere eam una secum pro tribunali in aureo throno. et nimium dilexit eam. Atque precepit ut adoraretur sicut regina. Factumque est. Iulius itaque scilicet gavisi sunt pro se plurimum. Et statim levaverunt omnes deos suos et adduxerunt eos ante alexandrum. Ceperuntque una una voce laudare illum et benedicere quasi deo. Et dicebant ad eum omnes una voce. Nunc scienti quod placuit diis. Alexander viso aliter turbatus est valde. et tremefactus dixit. Nolite exhibere honorem sicut deo. quia corruptibilis et mortalis ego sum. similis vobis. et non decet me sociare diis. Deinde scripsit olimpiadi matri sue et aristotili preceptori suo de pluribus. et angustiis quas passus est in persida et de mirus thesauris quos invenerat. unde ille et sui omnes facti sunt divites. Iterum scripsit eis ut colerent nuptias quas fecerat de roxane filia darii quam accepit uxorem. Ille plurimis diebus epulatus est nuptialiter. una cum persidis et macedonibus in persida. et letabatur de suis nuptiis. Post hec vero congregato exercitu perrexit ingressus est yrcaniam. et fortiter pugnando subegit yrcanos. et maglos. Deinde cum parthis bellum commisit. et plurimos interficiens subegit. Post hec in sciciam ingressus et crudeliter debellando civitates subegit. Et ambulavit ultra sciciam in partibus orientis et invenit gentem immundam et aspectu orribilem. et totam iunctam omnibus magicis artibus et pravis operibus. Et comedebant omnia animalia. et carnes omnium bestiarum. et iumentorum. et pecorum. seu omnium volatilium. atque reptilium. Non solum autem hec sed et omnia abortiva comedebant. et deformitates omnium preceptorum quas in alio

matris concepte erant. ñ dũ pfecte coagulare. Et ista
turpissima gens nõ sepeliebat mortuos hoies. Videns
aũt alex̃ hec oĩa immũda ⁊ infanda ab eis fieri timens
nequando egredent orbẽ terrar contaminaret ab eis mũdus.
Statim cõgregari precepit eos oẽs cũ uxorib⁹ ⁊ filiis. ⁊
cũ oib⁹ q̃ ipsorum erant. expulit q eos de terra orientis. ⁊
adduxit eos i partib⁹ aquilonis. Tunc cõtinuo deprecatus dñm.
ẽ alex̃ i pensius. Exaudiuit q ds deprecacõe ei. Et p
cepit duob⁹ mõtib⁹ q̃b⁹ ẽ uocabulũ p̃muntorium.
⁊ boreũ ⁊ aduenit ad iuicẽ usq ad cubitos. xii. Et
statim cõstruxit ibi portas ereas assinchicõ. qd a fer
ro nõ rũpit. ñ ab igne soluit. Tal ẽ natũ assin
chiti qd simbria ferrũ cõstringit. i cõminucõe.
igneq ut aq̃ extinguit. Et sic i clusit eos ut nl
lus ualeat ad illos intrare. ñ illi ualeant aliqñ
exinde exire. Deinde amoto exercitu suo ad portas cas
pias uenit. ⁊ castra metat⁹ ẽ. Erat ẽ ipa terra ual
de bona. Dictũ ẽ ei. ab hominib; loci illi⁹ ut mu
niret se noctis tpe ipse exercit⁹ aduersus serpent
b⁹ q̃ gignit terra. ead' caspia. Exinde amoto exer
citu egressus ẽ i albaniã. Albanie aũt sunt hoies feroces
⁊ fortes i bello. Et statim ut audierunt aduentũ alex̃
cõgregata ẽ multitudo magna ex illis cũ armis.
Et exierunt ei i plio. Habebant ẽ canes magnos
secũ ⁊ fortes q̃ gignit ipa albania. q superat oẽ ge
nus ferarũ. Cõsuetudo gentis erat illis. qñ cũ a
liq̃ gente ad pugnã ueniebãt. In primis emitteban

ipos canes. contra hostes. Deinde incipiebant cum eis
pugnare. et sic superabant inimici eorum ab eis. Et
cum nunciatum esset alexandro. statim precepit militibus suis
et cuncto exercitui. ut omnes singillatim tenerent porcos. et
in partes utrasque conuenirent hostium singuli percuterent
ipsos porcos ut stridere[n]t. et iactarent eos ante ipsos ca-
nes. Factumque est. Cumque audissent ipsi canes stridorem
porcorum. omnem ferocitatem quam habebant in hostes ipsos con-
uerterunt in porcos. Et statim debellauit eos alexander usque
ad interfectionem et subegit. Et castra metatus est. Et fecit
diis suis uictimas. Mox autem oblatus est ei unus canis
maximus mire fortitudinis. Quo presente alexandro et eius
exercitu superauit elefantum et leonem. Deinde amoto ex-
ercitu regressus est per portas caspias. et cepit ingredi in
diam. Et ingressus est indiam. Deinde cepit ire per ar-
dentissimum solem. et per terram desertam et spaciosam. et
per flumina inaquosa et per colles cauernosos. Tantum operiebat
ipse sol ardentissimus quod aquam in fontibus aut incheleunt
statim implebat. Per quo fatigatus est ille et milites sui
mirae. Cum quo omnes principes eius murmurantes dicebant
inter se mutuo. Sufficere debuerat nobis quod uenimus pug-
nando usque persidam. et subiugauimus omnes persas quibus aeter-
nus census tollebatur ubi. Et subiugauimus nobis alias
gentes plurimas quam nobis unus quam parentibus erat incogni-
te. Nunc autem quid amplius deficimus querendo indias in qui-
bus habitant. et obliuiscimur terram nostram. Iste alexander ni-
chil aliud optat facere nisi ire preliando. et subiugando

sibi gentes. acquirendo sibi nomen et victoriam. Nos autem
dimittamus eum. et revertamur in terram nostram. Ille autem cum Persis
eat quocumque vult. Hoc audito Alexander iussit stare exerci
tum. Et ascendens in eminenciori loco. elevata voce dixit.
Separamini ab invicem. Stent in una parte Macedones. et
Greci in altera. Factumque est. Et intuens Macedones ac Grecos
dixit eis. O commilitones fortissimi. Macedones. et Greci.
Perse usque modo contrarii fuerunt michi et vobis. et vos vultis me
dimittere. et reddere per tergum in patriam vestram. Scitis quomodo
elabuntur ante vires. de vobis exple Darius. Ego confortabo
vos consiliando. et sic confortabar ante vires. Item quando ve
nimus pugnaturi in campo cum inimicis nostris numquam non steti
solus ante omnes. et solus ingrediebar primum in ipso prelio. Num
quid non ego solus pro salvacione vestram perrexi ad Darium impera
torem. et tradidi me ipsum pro vobis in multis periculis. Cum re
cordamini hec quia istos solus vici. Et ubicumque iero pug
naturus cum barbaris. diis adiuvantibus superabo illos.
Sed si vultis pergere soli Macedoniam pergite. quia ego
nullatenus venio ut cognoscatis. quia nichil facere vel
lex exercitualis milicia absque regio consilio. Hec autem
dicente Alexandro omnes principes Macedonie erubescentes
postulaverunt illi veniam dicentes. Maxime imperator
anima vita nostra in angustia est posita. ubicumque tu vis per
gere perge. quia nullatenus deus te deserere aut derelinquere.
sed ubicumque tecum venire. Et exinde amoto exercitu ve
nit in Indiam Fasiacen mense iulii deficiente. et castra me
tatus est. in quo convixerunt ei missi Pori regis Indorum.

deferentes ei epistolam continentem ita. **Epistola pori ad**
Porus indorum rex. Latroni **alexandrum cum superbia.**
Allexandro. Qui latrocinando optines civitates dicendo man-
danus. Cum sis mortalis homo quid prevalet facere deo. cum
mollibus hominibus. et que nullam virtutem habent pugnasti. et
que digni fuerunt sustinere angustias. et pro eo quod vicisti
eos speras te esse invictorialem omnibus hominibus victorialis et
enim ego sum et non solum homines hobediunt mihi. Scis quod in
dionisius bacchus qui liber pater dictus est pugnavit in indiam
sed terga vertit ante illos. et fugit quia virtutem illorum su-
perare non potuit. Quapropter antequam turpitudo tibi veniat
damnus tibi consilium. et precipimus ut festinanter revertaris in
terram tuam. Ita tu scis antequam xerxes fuisset rex in persidam
ad indos dabant macedones censum. Sed quemadmodum inu-
tilis terra et que regi non placet. neque invenerunt illam
que regi placabilia esse videretur. dedignati sunt illam.
Omnis itaque homo plus desiderat amplam causam quam par-
vam. Unum jam precipio tibi ut revertaris in terram tuam. et ubi
dominaciones habere non potes. desiderium in non habeas. Cum
autem pervenisset hec epistola in manus alexandri iussit legi eam
coram omnibus. Milites autem eius audientes epistolam tur-
bati sunt valde. Quibus alexander dixit. Viri commilitones
fortes. animum vestrum non conturbent. Recordamini verba
epistolarum darii. quomodo cum superbia et audacia loquebatur.
Iniuriare dico vobis quia omnes barbari commune sen-
sum habent. Et assimilati sunt bestiis cum quibus etiam inhabi-
tant. videlicet. tigres. pardus. et ceteris bestiis. Itaque

h. i. dy.

confidentes in agrestis virtute sua hunc audaciam proinde
semper ab hostibus occiduntur. Et hec dicens iussit scribi
epistolam ad porum regem indorum continentem ita. **Epistola
Alexandri ad porum regem indorum.**

Rex regum alexander filius dei amonis et regine oli- Regis
mpiadis. poro regi gaudium. Accuisti sensum nostrum
et provocasti audaciam nobis quia pugnaremus contra
nos pro eo quod dixisti quia in macedonia nichil boni in-
venires neque esset fertilis terra et omnia bona et dul-
cia effluerent in india. Et inde toto mentis affectu atque
conamine pugnabimus tecum ut adquiramus ea. Etiam
quia dixisti ut omnis homo plus diligeret amplam causam
quam parvam. Ideo nos qui parvi sumus ad magnitudi-
nem culminis vestri venire optamus. quod greci non
habent. De eo autem quod dicebas epistola vestra quod non solum
hominibus sed et diis existeres imperator. Scias quod ego pug-
naturus venio tecum quasi cum homine et barbaro et elato
et vana gloria pleno et non quasi cum deo. Ea arma illius
totus mundus sufferre non poterit. sed indignacionem
deorum quanto magis homines mortales. Et in imo. Sci-
as quod stulta locucio tua me non conturbat. Cum porus
relegisset hanc epistolam iratus est valde. Et congregata
multitudine militum suorum atque elephantis cum
quibus indi pugnare soliti erant. exierunt obviam
alexandro. Erat enim exercitus pori magnus valde et fortis.
Habebat enim xiiii. milia octingentas quadrigas omnes
falcatas. absque equitibus et peditibus et xl. elephantos

qui portabant turres in dorso. ubi stabant per unamquamque turrem
xxx. homines ad pugnandum. Videntes macedones et perse qui
cum alexandro erant multitudinem exercitus pori expauescentes. tur-
bati sunt. non tamen plenitudine hominum. quantum ferarum. Et or-
dinati sunt utrique hostes qui ad pugnam. Alexander cum suis
et porus cum suis. Alexander vero ascendens caballum bucephalum
et suo impetu stetit ante omnes suos. Iussitque medis et
persis ut illi primum ingrederentur in ipsa pugna. Et ipse cum
macedonibus et grecis staret armatus ex alia parte
factumque est. Similiter et de elephantibus sapienter cogi-
tavit qualiter superaret eos. Ferebant enim secum alexandri statu-
as aureas. et iussit eas mitti in ignem. ut calefierent.
et impleuit eas carbonibus ignis. ut calor earum non de-
ficeret. faciens currum ferreum qui subueheret eas. et porta-
ret eas ante elephantes. Videntes eas elephantes esti-
mabant illas esse homines. et irruerunt ut caperent eos den-
tibus et morsibus dilaniarent. secundum consuetudinem suam.
Qui statim pro nimio calore incedebant. Et sic nullo in-
ferebant pugnam super homines. Videns porus hec que de
elephantibus factum est. valde turbatus est. Medi vero et
perse facientes impetum super indos cum sagittis et lanceis. et uena-
bulis. percutiebant eos. Et multitudo populi ex his et illis ca-
debant in ipso prelio. Et per continuos xx. dies. pugnatum
est inter eos. Ceperunt quoque medi et perse deficere in ipsa pugna. Et
cum vidisset alexander eos deficere iratus est valde. Sedensque cabal-
lum suum bucephalum ingressus est pugnam. Et preualuit illi-
c. et macedones et greci cum eo. Cum hij et adiuuarent eos ipse

caballus in quo sedebat cepit pugnare viriliter. Et
tunc cadebat multitudo ex indis. Id cum vidisset Porus
minime liberasti. qui tot terras tantasque urbes acquisisti. Quapropter tibi
notifico. quia sicut dominus potenciorem omnium regum terrenorum te fecit. sic ad
preparandum iter meum et liberandam tellurem meam a manibus moabitarum
inter omnes ut tibi coronam eterne retribucionis exinde prepararet elegit. Viam
stellarum quam in celo vidisti hoc significat. quod tu cum magno exercitu
ad expugnandam gentem paganorum perfidam et liberandum iter meum et tellurem.
et ad visitandam basilicam meam et sarcofagum meum. Ab his horis usque
ad galeciam iturus es. et post te omnes populi a mari usque ad mare peregrinantes
veniam delictorum suorum a domino impetrantes illuc ituri sunt. narrantes
laudes dei et virtutes eius et mirabilia que fecit. A tempore uero tue vite usque ad
finem presentis seculi ibunt. Nunc autem perge quam citius potes quia ego ero adiutor
tuus in omnibus. et pro laboribus tuis impetrabo tibi coronam a domino in celestibus
et usque ad novissimum diem erit nomen tuum in laude. Taliter beatus
apostolus tribus vicibus karolo apparuit. His itaque auditis karolus
apostolica promissione fretus coadunatis exercitibus multis ad ex
pugnandas gentes perfidas. hispaniam ingressus est. De muris pam
pilonie per semetipsos lapsis. II.

Prima urbs quam obsidione circuivit pampilonia extitit.
Et sedit circa eam tribus mensibus et nequivit eam capere quia muniti[ssimis]

inexpugnabilibus munitissima erant. Tunc fecit domino precem dicens.
Domine Ihesu Christe, pro cuius fide in has horas ad expugnandam gentem
perfidam veni: da mihi hanc urbem capere ad decus nominis tui. O
beate Iacobe si verum est quod mihi apparuisti. da mihi capere illam. Tunc deo
donante et beato Iacobo orante. muri collapsi funditus ceciderunt.
Sarracenos vero qui baptizari noluerunt. ad vitam reservavit:
qui renuerunt gladio trucidavit. His auditis mirabilibus
sarraceni ubique Karolo pergenti se inclinabant. et mittebant
obviam ei tributum. et reddebant ei urbes. et facta est tota terra illa
illi sub tributo. Mirabatur gens sarracenica. cum videbat gentem
gallicam optimam. scilicet ac bene indutam. et facie elegantem. et hone
rifice pacificeque recipiebant eos. armis reiectis. Iam vi
sitato sarcofago beati Iacobi. venit ad Petronum. et infixit
in mari lanceam. agens deo et sancto Iacobo gratias qui eum usque il
luc duxit. dicens quod ultra ire non poterat. Galecianos
vero qui post beati Iacobi predicationem discipulorum. ad perfidiam paganorum
conversi erant baptismatis gratia per manus Turpini archiepiscopi re
generavit. Illos scilicet qui ad fidem noluerunt converti. qui nondum bapti
zati erant. Illos vero qui fidem recipere noluerunt. aut gladio
trucidavit. aut sub Karoli imperio captivavit. Deinde ivit
per totam Hispaniam a mari usque ad mare. **De nominibus**

Urbes et maiores ville **civitatum Hyspanie. iii.**
Quas tunc adquisivit in Galecia ita vulgo dicuntur. Visumia.
Lameceti. Dumia. Colibra. Lucus. Auriana. Yria. Tu
da. Mindonia. Brachara metropolis civitas sancte [illegible]

marana. Crunia. Compostella que tunc erat parva. In
hispania. Adchala. Godelfaiar. Talamanca. Uzeda. Ulmas.
Canalias. Madrita. Macceda. Sancta eulalia. Talavera que est fertilis.
Medinacheli id est urbs excelsa. Berlanga. Osma. Seguncia.
Segobia que est magna. Avilla. Salamanca. Sepulvega.
Toletum. Kalatrava. Badaiot. Trugel. Talavera. Godiana.
Emerita. Alta mora. Palencia. Lucerna. Ventosa que dicitur Karcesa.
que est in valle viridi. Caparra. Austurga. Ovetum. Legio. Car
rionem. Burgas. Nageras. Kalagurra. Urancia. que dicitur Ar
chus. Stella. Kalatahus. Miracla. Tutela. Sarragocia.
que dicitur Cesaraugusta. Pampilonia. Baiona. Iacca. Osca.
in qua nonaginta turres numero esse solent. Terracona. Barbastra.
Rozas. Urgellum. Elna. Gerunda. Barcinona. Terrago
na. Lerida. Tortosa. oppidum fortissimum. Barbagalli
oppidum fortissimum. Karbona oppidum fortissimum. Alga
leta urbs. Aurelio oppidum fortissimum. Barba. Adania.
Ispulida. Hescalone ora. Malage ora. Burriane
ora. Ocante urbs. Ubeda. Baecia. Petrossa. in qua fit
argentum optimum. Valencia. Denia. Satina. Granada.
Sibilia. Corduba. Abula. Accitana. in qua iacet beatus Torquatus
Christi confessor beati Iacobi cliens. Ad sepulcrum cuius arbor olive
divinitus florens maturis fructibus onustatur per unumquemque annum
in sollempnitate eius scilicet idus maii. Urbs Bisserta in qua
milites sunt fortissimi que vulgo dicitur Arabites. Habitur
Maiorca insula. Urbs Bugia ex more habet regem. Aga

biba insula. Bohara. que est urbs in barbaria. Meloida. Eui
cia. Formitaria. Alcoroz. Almaria. Monecha. Gibaltaria.
Kartago. Septa que est in districtis hyspanie ubi maris est angus
concursus. et Gesir sive et Taruph. Omnino cuncta terra hyspa
norum. scilicet tellus alandaluf. tellus portu gallorum. tellus sar
racenorum. tellus pardorum. tellus maurorum. tellus nauarrorum.
tellus alauarum. tellus biscaiorum. tellus basclorum. tellus que pallar
gorum. karoli imperio subiectis. Omnes prefatas urbes quasdam scilicet.
sine pugna quasdam cum magno bello et maxima arte. Karolus
tunc adquisiuit. preter prefatam lucernam urbem munitissimam. que est in
ualle uiridi. quam capere donec ad ultimum nequiuit. Novissime
uero uenit ad eam et obsedit eam. et sedit circa eam. iiii. mensium spacio. et
facta prece deo et sancto iacobo ceciderunt muri eius. et est deserta usque in
hodiernum diem. Quedam est gurges atri amnis in medio eius surre
xit. in quo magni pisces nigri habentur. Quasdam enim ex prefatis urbibus
alii reges galli et imperatores thetutonici ante karolum mag
num adquisierunt. que postea ad ritum paganorum uerse sunt usque ad eius
aduentum. Post eius mortem. multi reges et principes in hispania
sarracenos expugnauerunt. Clodoueus namque primus rex franco
rum christianus. Clotarius. Dagobertus. Pipinus. Karolus martellus
Karolus caluus. Ludouicus. et Kalomannus. partim hyspaniam
adquisierunt. partim dimiserunt. Sed hic karolus magnus totam yspa
niam in suis temporibus subiugauit. Hec sunt urbes quas ille post quam graui
labore adquisiuit maledixit et ideo sine habitatore permanent usque
in hodiernum diem. Lucerna. Ventosa. Caparra. Adania. De ido.

Idola et simulacra que tunc in hyspania. **lo mahumeth. iiij.**
invenit penitus destruxit preter idolum quod est in terra alandaluf, quod
vocatur salam cadis. Cadis dicitur locus proprie in quo est. Salam in lingua
arabica deus dicitur. Tradunt sarraceni quod idolum illud mahu-
met quem ipsi colunt dum adhuc viveret in nomine suo proprio fabricavit,
et demoniacam legionem quandam sua arte magica in ea sigil-
lavit. que in tanta fortitudine illud idolum optinet, quod a nullo umquam
frangi potuit. Cum enim aliquis christianus ad illud appropinquat statim periclitatur.
Sed cum aliquis sarracenus causa adorandi vel deprecandi mahumet accedit,
ille incolumis recedit. Si forte super illud avis aliqua se deposuerit,
illico moritur. Est igitur in maris margine lapis antiquus opere sarrace-
nico optime sculptus, super terram deorsum latus et quadratus, desursum
strictus, altissimus scilicet quantum solet volare in sublime corvus. super
quem elevatur imago illa de auricalco optimo in effigie hominis fu-
sa, super pedes suos erecta, faciem tenens versus meridiem, et manu
dextera tenens quandam clavem ingentem. Que scilicet clavis ut ipsi sarraceni
aiunt, a manu eius cadet anno quo rex futurus in gallia natus fuerit,
qui totam terram hyspanicam christianis legibus in novissimis temporibus sub-
iugabit. Mox ut viderint clavem lapsam, gazis suis in terra repositis
omnes fugient. **De ecclesiis quas karolus fecit. v.**

Ex auro quod sibi hyspanie reges et principes dederunt, beati
Iacobi basilicam tribus annis in illis horis commorans aug-
mentavit. Antistitem et canonicos secundum beati ysidori episcopi
et confessoris regulam in ea instituit, eamque tintinabulis
palliisque, libris et ceterisque ornamentis decenter ornavit.

De residuo u͛o auro et argento immenso quę de hyspania
attulit. regressus ab ea multas ecclās fec. ecclām scē ma-
rię uirgīs q̄ ē aquisgranū. et basilicā scī iacobi. ī ead̄ uilla. et
ecclām scī iacobi q̄ ē apd̄ urbē biterensiū. et basilicā scī ia-
cobi q̄ ē apd̄ tolosā. et illā q̄ ē ī gasconia īt urbē q̄ uulgo
dr̄ axa. et scm̄ iohm̄ sordue uia iacobitana. et ecclam
scī iacobi q̄ ē apd̄ urbē parisi. īt sequanā fluuiū et mō-
tē martyrū. et abbatias īnumās p mūdū q̄s fec. **De red-
ditu karoli ad galliam et de aigolando rege afri-
cano.**

Defunctū reuso karolo ad galliā. qdā paganus rex
affricanus noīe aigolād. cū suis exercitib; terrā hyspanorū
sibi acq̄siuit. eiectis xp̄ī et īfectis de opidis et urbib; custodib;
xp̄ianis. q̄s ad custodiendā terrā karol' reliq̄rat. His auditis
karolus cū multis exercitib; rursū hyspaniā adiit. et erat cū
eo dux exercituū milo de anglerus. **De exemplo elemo-**
Set q̄le ex̄m dn̄s tūc nob̄ oīb; ostēdit **sine mortui.**
Sdignatus ē de his q̄ mortuorū elemosinas ī iuste re-
tinēt nob̄ ē dicēd. Cū g apd̄ baionā urbē basclorū ka-
roli exercitus hospitatus eēt. miles q̄dā noīe romaricus ual-
de egrotus morte p̄ximus acceptis penitentia et eucharistia a sa-
cerdote. ut equū q̄ habebat uenderet. p̄ciūq; clericis et egenis
erogaret. cōsanguineo suo p̄cep. Q; mortuo. con-
sanguineus ille ī iudicē numis tactus equū c solid. uendid.
p̄ciūq; cibis potib; q̄ uelocit' expēd. sed q̄ mal' fcīs
diuini iudicii uīdicta p̄xima ēē solet: trāsactis. xxx.

diebus apparuit ei nocte in extasi mortuus dicens. Karole quia res me-
as pauce mee redempcione in elemosinam tibi commendavi ad dandum:
scias omnia crimina mea deum michi dimisisse. Sed quia tu ipse elemosinam
meam retinuisti, per xxx. dies in tartareis penis moras me in-
telligas fecisse. Te autem in eodem loco infernali unde egressus sum
die crastina scias ponendum. et me in paradisum sistendum. Hec
itaque dicens. mortuus recessit. Vivus quoque tremefactus evigila-
vit. Et cum summo mane universitati exercitui que audierat om-
nibus atque omnis exercitus de tanta re inter se loqueretur. ecce subito cla-
mores super eum in aere quasi rugitus leonum. luporum. et vitulorum.
et statim de medio tentoriorum a demonibus in ipsis ululatibus
vivus et sanus rapitur. Quid plura? Queritur. iiii. diebus per mon-
tes et colles ab equitibus et peditibus. et nusquam invenitur. Denique cum
xii. dies exercitus noster per deserta telluris Navarrorum et Ala-
varum pergeret. reperit corpus exanimatum ac confractum
in cuiusdam silicis fastigio. et ascensus tribus leugis habebatur super
mare. distans a supradicta urbe. iiii. dietis. Demones vero eius
corpus ibi reiecerant. animamque ad tartara rapuerant. Quapropter
sciant qui mortuorum elemosinas que ad dandum commendatas
sibi retinent. se dampnandos in eternum. De bello sancti
Facundi ubi haste viruerunt. vii. S. S. S.

Postea vero cepit querere Aigolandum per Ispaniam. Ka-
rolus magnus cum suis exercitibus. Cumque eum caute investiga-
ret. invenit eum in terra que dicitur de Campis. super flumen quod dicitur Ceia.
in pratis scilicet in optimo loco et plano. quo postea beatorum martyrum Fa-

cundi et primitivi. basilicam ingentem et optimam iussu karoli et au-
xilio fabricatam. in qua et eorundem martirum corpora requiescunt. et monacho-
rum abbatia constituitur. et magna villa pinguissima in eodem lo-
co. Appropinquantibus vero karoli exercitibus mandavit agolandus karolo
bellum secundum velle suum. ut xx. contra xx. vel xl. contra xl. vel c. contra c.
vel mille contra mille. vel duos contra duos. vel unum contra unum. Inde missi
sunt christiani c. contra c. agolandi. et interfecti sunt sar-
raceni. Tunc misit agolandus cc. contra cc. et statim occisi sunt omnes
mauri. Deinde misit agolandus duo milia contra duo milia.
quorum pars quedam occiditur. parsque alia fuga vertitur. Tercia vero die
eiecit sortes agolandus secrete. et agnovit karoli detrimentum.
Et mandavit ei ut pugnam plenariam sequenti die faceret si vellet. quod
ab utrisque concessa est. Tunc asserunt quidam ex christianis qui sero ante diem
belli arma bellica sua studiose preparabant. hastas suas erectas
infixerunt in terra ante castra. in pratis videlicet iuxta predictum flumen.
quas summo mane corticibus et frondibus decoratas invenerunt.
hii scilicet qui in acie prima martirii palmam pro fide Christi accepturi
erant. et ultra quam dici fas est admirantes tantumque divinum miraculum
gratie divine adscribentes. abscidentes eas prope terram. radices que
remanserunt in tellure in modum perticarum postea magna nemora ge-
nuerunt arborum. que adhuc in illo loco apparent. Erant enim illo-
rum multe de lignis fraxineis. Mira res et magnum gau-
dium. magnum animabus proficuum. ingens quoque corporibus detrimentum.
Quid plura? Die vero illa agitur utrimque pugna. in qua occisi
sunt xl. christianorum milia. Dux milo rothlandi genitor cum

bus quorum astae fronduerunt in palmam martyrii adepti sunt. Tunc mi-
libus francorum peditum in medio belli sarracenorum evagina-
vit spatam suam nomine gaudiosam et truncavit multos sarra-
cenos per medium. Die vero advesperascente intraverunt sarraceni et chri-
stiani in castra sua. Altera die venerunt ad succursum karolo quattuor marchi-
si de italiae horis cum quattuor milibus virorum bellatorum. Quos ut
illos aigolandus agnovit terga vertens in regiones suas se-
cessit. Et karolus cum suis exercitibus tunc ad galliam remeavit.
In supradicta acie fas est intelligi salutem christi certantium. Sicut enim karoli
milites pugnaturi ante bellum arma sua ad bellandum praepara-
verunt, sic et nos arma nostra id est bonas virtutes contra vitia pug-
naturi praeparare debemus. Quisquis enim vel fidem contra hereticam pravitatem,
vel caritatem contra odium, vel largitatem contra avaritiam, vel humilitatem
contra superbiam, vel castitatem contra libidinem, vel orationem assiduam contra de-
moniacam temptationem, vel paupertatem contra felicitatem, vel perseveran-
tiam contra instabilitatem, vel silentium contra iurgia, vel obedientiam contra
carnalem animum ponit, hasta eius florida et victrix in die
iudicii dei erit. O quam felix et florida erit in caelesti regno victo-
ris anima, qui legitime contra vitia decertavit in terra. Non corona-
bitur nisi qui legitime certaverit. Et sicut karoli pugnatores pro
fide obierunt in bello, sic et nos mori debemus vitiis et vivere
in virtutibus sanctis in mundo, quatinus palmam de triumpho floridam
habere mereamur in caelesti regno. De urbe agenni. IX.

Inde aigolandus adunavit sibi gentes innumeras sar-
racenorum, maurorum, moabitarum, ethiopes, sarra-

cenos pardos. africanos. persas. Texephinum regem arabum.
Burrebellum regem alexandrie. Avitum regem bugie. Ospinum
regem agabie. Facinum regem barbarie. Ailis regem bugie.
maroech. Alphinorgium regem maiorice. Maimonem re-
meche. Ebrahim re sibilie. Altumaiorem cordube. Et venit
usque ad urbem gasconie agenni. et cepit eam. Deinde mandavit
Karolo ut veniret ad se pacifice cum parva militum turma.
promittens ei aurum et argentum ceterisque gazis. LX equos onustos.
si ipsius sinus tantum subiaceret. Hoc ideo dicebat quia agnoscere eum
volebat ut per eum in bello occidere potuisset. Sed karolus hoc audito
venit cum duobus milibus fortium usque ad IIII miliaria prope
urbem agenni venit. et ibi dimisit illos occulte. et venit cum LX.
tantum militibus. usque ad montem qui est prope urbem. unde civitas
perspici poterat. ibique dimisit illos. et mutatis vestibus suis optimis
sine lancea retro super dorsum clipeo transverso. ut mos nunciorum
tempore belli est. cum solo milite venit ad urbem. Illico quidam ab
urbe egressi venerunt ad illos. sciscitantes quid quererent. Nuncii
sumus inquit karoli magni regis. missi ad agolandum regem
vestrum. At illi duxerunt illos in urbem ante agolandum. Et dixe-
runt ei. Karolus misit nos ad te. quia ipse venit ut iussisti
cum LX. militibus. et vult tibi militare et effici tuus. si ea
illi dare que pollicitus es. Idcirco veni ad eum cum LX. de tuis.
sibi pacifice et loquere ei. Tunc armavit se agolandus et dixit
eis ut redirent ad karolum et dicerent ei ut expectaret eum.
Nondum putabat agolandus illum esse karolum qui loquebatur.

81

Karolus vero illum tunc cognoscens, et exploravit urbem qua parte
erat ad capiendum facilior, et misit reges qui erant in ea, et rediit
ad XL milia militum quos retro reliquerat, cum quibus rediit usque ad duo miliaria.
Aigolandus quidem cum suis insecutus est illos cum VII milibus militum vo
lens praevenire Karolum. Sed ipsi adversos cernentes fugere coeperunt. Deinde Ka
rolus rediens in Galliam coadunatis exercitibus multis venit ad ur
bem Agenni et obsedit eam, et sedit circa eam VI mensium spatio. Septimo
vero mense appositis iuxta murum petrariis et mangenellis et troiis et ari
etibus ceterisque artificiis ad capiendum, et castellis ligneis a Karolo,
nocte quadam Aigolandus cum regibus et maioribus suis per latrinas et
foramina fugiendo exierunt, et fluvium Garonnam qui fluit iuxta
urbem transierunt, et sic a Karoli manibus evaserunt. Die vero sequenti
Karolus urbem cum magno triumpho introivit. Tunc quidam ex Sarra
cenis gladio occisi sunt, quidam per Garonnam cum magno impetu
evaserunt. Decem tamen milia Sarracenorum gladio perempti sunt.

De urbe Sanctonica ubi astae fronduerunt.

Inde Aigolandus venit Sanctonas, quae tunc Sarracenorum ipsius subiacebat.
Karolus vero subsecutus illum mandavit illi ut redderet urbem. Ipse
vero noluit reddere, sed exivit ad bellum contra eum tali conventione,
ut esset urbs qui vinceret alium. Sero vero ante diem belli, castris et aci
ebus et terminis praeparatis in pratis, scilicet quae sunt inter castrum quod dicitur Tala
burgus et urbem, iuxta fluvium nomine Carantam, infixerunt christiani quidam
astas suas erectas in terra ante castra. Crastina vero die astas suas cor
ticibus et frondibus decoratas invenerunt, hi scilicet qui in bello percepturi
erant martyrii palmam pro Christi fide. Qui tanto Dei miraculo gavisi

ab eis sibi astitis sunt de terra in simul coadunati. prius in bello ste
terunt et multos sarracenos occiderunt. Sed tandem nutu dei coronam
martyrii acceperunt. Erat autem exercitus illorum .iiij. milium. Et equus ibi karoli in occiditur.
Karolus vero oppressus fortitudine paganorum resumptis viribus cum
suis exercitibus pedes incepit multos illorum. Tunc illi ferre ei bel
lum non valentes et fatigati ex illis qui occidebantur aufugerunt in
urbem. Karolus vero illos insecutus obsedit urbem et circumcinxit omnes
undique praeter illam partem quae erat contra flumen. Deinde sequenti nocte Ai
golandus cum suis exercitibus aufugere per flumen cepit. Karolus vero hoc
animadvertens insecutus est illos et occidit regem agabie et regem bu
gie. aliosque multos paganos circiter .iiij. milia. De fuga aigo
landi et de nutibus exercituum karoli. -- .XI. --

Tunc aigolandus fugiens transiens portus ciserios venit
usque pampilonam et mandavit karolo quod ibi expectaret eum ad
bellandum. Quo audito karolus rediit in galliam et cum summa cura omnes
exercitus suos longe lateque ad semetipsum mandavit. Et precepit
mandatis per totam galliam ut omnes servi qui sub malis consuetudinibus
pravorum dominorum religati tenebantur solita servitute atque
capitis censu remota deposita cum omni progenie sua presenti et futura
ut in sempiternum liberi permanerent. Et ne alie barbare gentes si
que apud se fuerint illi scilicet qui cum eo in hispaniam adeo pugnandam
gentem perfidam irent precepit. Quid plura. Quoscumque in carcere cap
tos reperit absolvit et quos pauperes invenit hos ditavit. nu
dos vestivit. malivolos pacificavit. exheredatos ab heredi
tatibus honoribus propriis relevavit. omnes armis doctos in scu

nigeros militari habitu honorifice ordinavit. Quos abba
more suo ire separavit. Dei dilectione compunctus ad amicitiam suam
omnino convertit. amicos et inimicos domesticos et barbaros
ad pergendum in hispaniam. omnes sibi sociavit. Et quos rex sibi sociabat
ad expugnandam gentem perfidam. Ego turpinus divina auctoritate. et nostra
benedictione et absolutione hos a peccatis cunctis relaxabam. Tunc coadunatis
secum cxxxiiii. milibus virorum bellatorum. profectus est in hyspaniam
contra aigolandum. Hec sunt nomina pugnatorum maiorum. qui fuerunt cum
eo. Ego turpinus archiepiscopus remensis qui dignis monitis et fide
christi plebem ad bellandum fortem et animatam et a peccatis absolutam red-
debam. et sarracenos propriis armis sepe expugnabam. Rothlan-
dus dux exercituum comes cenomanensis. et blaudii dominus. nepos ka-
roli. filius ducis milonis de anglens. natus berte sororis ka-
roli. cum iiii bellatorum milibus. Alius vero rotlandus fuit. de quo nichil
nunc silendum est. Oliverus dux exercituum miles acerrimus bello
doctissimus brachio et mucrone potentissimus comes gebe-
bensis. filius rainerii comitis. cum tribus milibus virorum bellatorum.
Estultus comes ligonensis. filius comitis odonis. cum tribus mili-
bus virorum bellatorum. Arastagnus rex britannorum. cum vii. milibus
virorum bellatorum. Alius tunc rex tempore isto in britannia erat. de quo nichil
nunc ad plenum non fit. Engelerus dux aquitanie. cum iiii. milibus
virorum bellatorum. Isti erant docti omnibus armis. maxime arcubus et
sagittis. Tempore isto engeleri erat alius comes in aquitania. scilicet in urbe
pictavorum. de quo nunc non loquendum. Hic vero egelerus genere gasconus. dux
urbis aquitanie erat. que scilicet urbs sita est inter lemovicas et bituricas

cas. et pictavim. quam Iulius cesar augustus primum in illis horis fecit.
Et aquitaniam nominavit. cum in urbibus bituricas et lemovicas et pic-
tavim. et sconas. et engolismam cum provinciis suis subiugavit. un-
de tota patria illa aquitania vocatur. Hic vero engelerus post engeleri obi-
tum viduata duce suo in vastitate duce suo vastitatem vi-
dit. ergo cives ipsius omnes in runcie valle gladio obierunt. Ar-
nal-colenos. Gaiferus rex burdegalensis cum tribus milibus virorum
bellatorum. cum karolo hyspaniam profectus est. Gelerus. Gelinus. Salomon
socius estulti. Balduinus frater rotlandi. Gandelbodus rex frisie.
cum .vii. milibus eroum. Hoellus comes urbis que vulgo dicitur nantas.
cum .ii. milibus heroum. Arnaldus de bellanda. cum .ii. milibus eroum.
Naaman dux baioarie. cum .x. milibus eroum. Ogerius rex dacie. cum
.x. milibus eroum. De hoc canitur in cantilena usque in hodiernum diem.
quia innumera fecit mirabilia. Lambertus princeps bituricensis. cum .ii. milibus
heroum. Sanson dux burgundionum. cum .x. milibus eroum. Constantinus
prefectus romanus. cum .xx. milibus eroum. Rainaldus de alba spina.
Galterus de termis. Guillelmus. Garinus dux lotharingie cum .iiii. milibus virorum. Be-
go. Albericus burgundio. Berardus de nublis. Guinardus. Estur-
mitus. Tedricus. Yvorius. Berengarius. Hato. Ganalonus qui postea
traditor extitit. Et erat exercitus proprie tellurus karoli .xl. mi-
libus militum. Sed peditum numerus non erat. Isti prefati sunt
viri famosi. heroes. bellatores. potentibus potentiores. fortiores. for-
tioribus fortiores. christi proceres. christiana fide in mundo prop-
pagantes. Ut enim dominus noster Ihesus christus una cum .xii. suis apostolis et discipulis
mundum adquisivit. sic karolus rex gallorum et imperator romanorum.

cū his pugnatorib⁹ yspaniā ad q̄siuit. ad dec⁹ nōis dei. Tc
ōis exercit⁹ i landis burdegalensib⁹ adunat. Cohopiebāt ēto
tā trā illā lōgitudine scil. 7 latitudine duab⁹ dietis. spacio. iij.
miliario7 i lōgitudine audiebāt fremit⁹ 7 sonit⁹ illo7. Jt ar
nald⁹ de bellāda p⁹ trāsmeaū port⁹ cisereos. 7 ueni papiloniā.
Stati i secut⁹ ē illū. estult⁹ comes c̄ suo exercitu. Deīn ueni
arastagn⁹ rex. 7 engelerus dux c̄ suo exercitu simul. p̄tea uenī
galdelbod⁹ rex cū suo exercitu. Deīn ogeri⁹ rex. 7 cōstātin⁹
cū suis exercitib⁹ uenīt. Nouissime ū ueni karol⁹ c̄ aliis oib;
exercitib⁹. 7 cooperuerūt totā trā. a flumine runne usq; ad mō
tē q distat ab urbe trib⁹ leugis uia iacobitana. Octo dieb⁹
morā fecerūt ad trāsmeandū port⁹. Interea mādauit karol⁹
aigolando q erat i urbe. ut rederet ei urbē. q̄ rehedificaui
at. 7 rursū munierat. aut exiret ad bellū cō eū. Aigolād⁹
ū uidēs q urbē n̄ poterat tenē cō eū. elegit magis ad bellū
exire cō eū q̄ i urbe turpit mori. Tc mādauit karolo ut daret
s iducias q̄usq omis exercitus ei egrederet ab urbe. 7 ad bellū
p̄pararet. 7 cū eo i ore ad os loqeret. Desiderabat ē uidē karo
lū aigolād⁹.

De datis treuis 7 de disputacōe karoli 7 aigolandi. xij.

Itaq; datis treuis i̊ter se. egressus ē aigolād⁹
cū suis exercitib⁹ ab urbe. 7 dimissis illi uir urbē. uenit cū
lx. ex maiorib⁹ suis. ante karoli tribunal. q cū suis exercitib⁹
uno miliario ab urbe distabat. 7 erat tc exercit⁹ aigolādi
7 exercit⁹ karoli i q̄dā plano loco 7 optīo. q ē iuxta urbē
huius i lōgitudine 7 latitudine sex miliaria. Via iacobi

tana. dividebat utrumque exercitum. Tunc dixit karolus aigolando. Tune es
aigolandus qui terram meam fraudulenter a me abstulisti? Tellurem his
panicam et gasconiam brachio invincibili potentie dei adquisivi. Christianis
legibus subiugavi. omnesque eius reges meo ipsio converti. Tu autem dum ego karolus
me ad galliam remeante peremisti. meas urbes et castella des
truxisti. totamque terram igne et gladio vastasti. unde multum conqueror
in presenti. Mox ut aigolandus agnovit loquelam suam arabicam. quam ka
rolus loquebatur. miratus est multum et gavisus est. Didicerat enim karolus
linguam sarracenicam apud urbem toletum. in qua cum esset iuvenis
aliquanto tempore commoratus est. Tunc ait aigolandus karolo. Obsecro mihi
ut michi tantum dicas. cur terram que nunc hereditario iure non contingit. aut
pater tuus. aut avus. aut atavus non possedit a mea gente abs
tulisti? Ideo inquid karolus quia dominus noster ihesus christus creator celi et terre gen
tem nostram scilicet christianam pre omnibus gentibus elegit. et super omnes gentes totius mundi eam
dominari instituit. tuam gentem sarracenicam legi nostre in quantum potui
converti. Valde indignum est inquid aigolandus. quod gens nostra tue genti subia
ceat. cum lex nostra magis quam vestra valeat. Nos habemus mahu
met qui dei nuncius fuit. nobis a deo missus est. cuius precepta tenemus
immo deos omnipotentes habemus. qui nobis iussu mahumet ventura mani
festant. quos colimus. per quos vivimus et regnamus. Aigolande inquid
karolus in hoc erras. quia nos dei mandata tenemus. vos namque hominis
precepta vana tenetis. Nos deum patrem et filium et spiritum
sanctum credimus et adoramus. vos diabolum in simulacris vestris et
creditis et adoratis. Anime nostre per fidem quam tenemus post mortem ad
paradisum et ad vitam perhennem perveniunt. vestre vero ad orcum p

fecerunt. Unde patet quod magis valet lex nostra quam vestra. Quapropter
ad baptismum accipe tu et gentes tua et vive, aut veni ad bel-
lum contra me, ut male moriaris. Absit a me, inquid Aigolandus, ut
baptismum accipiam et Mahumet deum meum omnipotentem ab-
negem. Sed pugnabo ego et gentes meae contra te et gentem tuam tali pacto
quod si lex nostra magis deo est placita quam vestra, nos vincamus; si
lex vestra magis valeat quam nostra, nos vincatis. Et sit ultimi
ultimum die victis obprobrium. Victis autem laus et exultatio in
sempiternum. Insuper si gentes meae victae fuerint, ego baptismum accipiam si
vivere potero. Quod et utrimque conceditur. Statim eliguntur xx milites christia-
ni contra xx sarracenos in campo bellico tali pacto ceperunt de-
bellare. Quid plura? Illico interfecti sunt omnes sarraceni. Inde mit-
tuntur xl contra xl, et perimuntur sarraceni. Rursum mittuntur c contra c, et chri-
stiani fugientes retro statim interfecti sunt, ideo quia mori timentes fu-
gerunt. Hi vero typum gerunt christianorum fidelium, quia qui pro deo fide
volunt pugnare, nullo modo debent retro abire. Et sicut illi ideo
occisi sunt quia retro fugerunt, sic et fideles qui debent fortiter contra vitia
pugnare, si retro versi fuerint, in vitiis turpiter moriuntur. Sed qui
bene contra vitia pugnant, hi inimicos id est demones qui vitia ad-
ministrant, facile occidunt. Non coronabitur nisi qui legitime
certaverit. Inde mittuntur cc contra cc, et interficiuntur omnes sarraceni. Deinde
m contra m, et occiduntur omnes sarraceni. Tunc datis ex utraque parte
treugis, venit Aigolandus ad loquendum ad Karolum, affirmans legem
christianorum meliorem esse quam sarracenorum. Et pollicetur Karolo quod
die crastina baptismum ipse et gentes suae acciperet. Itaque rediit

ad gentem suam. et aliis regibus et maioribus suis se velle bap
tismum accipere. Et postea ceteris gentibus suis ut baptizarentur
est. Et alii accesserunt. alii renuerunt. **De ordinibus qui erant**
in convivio Karoli. et de pauperibus unde Aigolandus scandalum
sumpsit et renuit baptizari.

Crastina vero die circa tertiam. treuga data eundi et redeundi.
venit cum baptizandus Aigolandus ad Karolum. Et cum vidisset
Karolum ad mensam prandentem et mensas multas circa eum paratas
discumbentesque quosdam habitu militari indutos. quosdam habi
tu monachali nigro tectos. quosdam canonicali habitu albis
indutos. quosdam clericali habitu tectos. diversosque diversa veste
indutos. Interrogavit Karolum de uno quoque ordine cuius gentis erant.
Cui Karolus. Illi quos vides birris unius coloris indutos.
episcopi et sacerdotes nostre legis sunt. qui nobis legis precepta exponunt
et a peccatis absolvunt. et benedictionem dominicam nobis tribuunt. Et quos habitu
nigro vides. monachi et abbates sunt illis sanctiores. qui dominicam ma
iestatem semper pro nobis implorare non cessant. Et quos habitu candido
vides. canonici regulares dicuntur. qui meliorum sanctorum sectam tenent
et pro nobis similiter implorant. missasque matutinas et horas dominicas de
cantant. Interea vidit Aigolandus in quadam parte .xii. pauperes miser
rimo habitu indutos ad terram residentes. sine mensa et linteamini
bus comedentes. parvo cibo et potu utentes. et interrogavit cuius
modi homines essent. Et ipse Karolus ait. Hec est gens dei. nuncii domini
nostri Ihesu Christi. quos sub numero .xii. apostolorum domini per unumquemque diem ex mo
re pascimus. Tunc Aigolandus respondit. Hii qui circa te resident felices

sunt, et tui sunt: scilicet comedunt et bibunt et induuntur. Illi
vero quos dei tui omnino esse dicis, et nuncios eius esse asseris, et fame per-
eunt et male vestiuntur, et longe a te proiciuntur, et turpiter tractantur.
Male domino suo servit, qui sic nuncios eius turpiter recipit. Magnam iniu-
riam domino suo facit, qui eius famulis ita servit. Legem tuam quam di-
cebas esse bonam, nunc ostendis falsam. Et accepta ab eo licentia
rediit ad suos, et baptizari renuens, mandavit ei die crastina
bellum. Tunc intelligens Karolus quod propter pauperes quos male vidit tractari re-
nuit Aigolandus baptizari, omnes pauperes quos in exercitu invenit dili-
genter procuravit, optime induit, cibum et potum honorifice illis ex
more prebuit. Hic animadvertendum quod magnam culpam christianus quilibet
acquirit, qui in pauperibus studiose non servit. Si Karolus regem
baptizandum cum gente sua perdidit, eo quod pauperes male tractavit,
quid erit de illis in extremo examinis die, qui male pauperes hic
tractaverint? Quomodo audient vocem domini terribilem dicentem: Dis-
cedite a me maledicti in ignem eternum: quia esurivi
et non dedistis mihi manducare, etc. Considerandum quod lex dei
et fides eius in christiano parum valet, nisi operibus adimpleatur, apostolo af-
firmante qui ait: Sicut corpus mortuum est sine anima, ita fides sine
operibus bonis mortua est in semetipsa. Sicut rex paganus
baptismum repulit, ideo quia baptismi opera recta in
Karolo non vidit: sic timeo ne fidem baptismi in nobis dominus
repudiet in die iudicii, ideo quia baptismi opera non inve-
nit.

De bello Papilonensi et morte Aigolandi regis.

Inde crastina die omnes armati ex utraque convenerunt in campo cum

pugnatori. prefato pacto durante leugum. et tunc exierunt karoli
c. xxx. iiii. milibus. et exercitus agolandi. c. milibus. Christiani iiii.
acies fecerunt. et sarraceni. v. quarum prima que ad bellum primum
accessit: statim victa fuit. Deinde secunda similiter sarracenorum acces
sit. et illico etiam victa fuit. Mox ut viderunt sarraceni detrimentum
suum. in simul coadunaverunt se omnes. et agolandus in medio eorum erat.
Quod ut christiani viderunt illos undique. ex una parte accesserunt
illos Arnaldus de bellanda cum suo exercitu: ex alia Estultus co
mes cum suo exercitu. ex alia Arastagnus rex cum suo exercitu. et ex alia
Gandelbodus rex cum suo exercitu. et ex alia. Ogerius rex cum suo. et ex alia
Constantinus rex cum suo. et ex alia karolus cum innumeris exercitibus
suis. Tunc arnaldus de bellanda cum suo exercitu. primus irruit super illos
et trucidavit ac perforavit omnes ad dexteram et ad levam quousque
pervenit ad agolandum qui in medio illorum erat. et potenter spata sua
illum peremit. Statimque factus est nimius clamor omnium. et irru
erunt ex utraque parte christiani super sarracenos. et occiderunt illos
omnes. Ibi agitur tanta paganorum occisio. quod nullus illorum evasit
nisi tantum rex sibilie et altumaior cordube. hii cum paucis sar
racenorum simul fugerunt. Tanta sanguinis effusio die illa
agitur quod victores usque ad bases in sanguine natabant. Sar
raceni autem qui inventi sunt in urbe omnes trucidati fuere. Ecce quia ka
rolus contra agolandum decertavit pro pacto christiane fidei. occidit illum.
Liquet ergo quod lex christiana omnibus ritibus et legibus totius mundi ex
cellit. Christiane si fidem bene tenueris. corde et operibus in quantum poteris
adimpleveris. vere super angelos cum capite tuo id est christo exaltaberis

innatur ei. Si uis ascendere, firmiter crede, quia omnia possibilia sunt credenti, dicit dominus. Tunc Karolus coadunatis secum exercitibus suis, gauisus de tanto triumpho, uenit usque ad pontem Arge in uia Iacobitana. Ibi hospitatus est.

De christianis qui ad illicita spolia redierunt.

Tunc quidam christiani gazarum cupidi mortuorum nocte illa re ferente redierunt, Karolo ignorante, in campo belli ubi mortui iacebant, et auro argentoque diuersisque gazis honustati, ad Karolum redire ceperunt. Illico Altumaior Cordube qui erat absconditus in montes cum aliis sarracenis qui de bello fugerant, peremit illos omnes, ita ut nec unus quidem uiuus remansit. Erat numerus illorum qui interfecti fuerunt circiter mille. Hi uero typum gerunt fidelium pro peccatis certancium, set postea ad uicia rediencium. Et sicut illi postquam inimicos suos deuicerunt, ad mortuos cupiditatis causa redierunt, et interfecti sunt ab inimicis, sic fidelis quisque qui uicia sua deuicit et penitentiam accepit, ad mortuos, id est ad uicia iterum redire non debet, ne forte ab inimicis, id est a demonibus interficiatur. Et sicut illi qui ad aliena spolia reuertentes presentem uitam perdiderunt et nece turpi perierunt, sic religiosi quique qui seculum dimiserunt et ad terrena negocia postea inflectuntur, uitam celestem perdunt et mortem perpetuam amplectuntur.

De bello Furre.

Alia uero die nunciatum est Karolo quod apud montem Garzini princeps quidam Nauarrorum nomine Furre uolebat debellare contra illum. Adueniente uero Karolo ad montem Garzini, disposuit uenire princeps ille ad bellum contra eum die sequenti. Karolus namque sero antequam bellum esset, rogauit dominum ut ostenderet ei illos qui morituri erant de suis in bello. Die uero crastina armatis Karoli exercitibus,

apparuit rubeum sanguine dominice crucis signum super humeros eorum mo-
riturorum, nec solum super loricas. Et ut vidit Karolus mox retrusit
illos in oratorio suo, ne morerentur in bello. O quam incomprehensibilia
sunt iudicia dei et investigabiles vie eius. Quid plura? Facto bel-
lo et perempto Furre cum tribus milibus Navarrorum sive Sarracenorum,
quos custodia retruserat Karolus repperit exanimatos. Erat nam-
que numerus illorum circiter CL. O pugnatorum sanctissima caterva, quamvis
gladius persecutoris non abstulit, palmam tamen martyrii non amisit.
Tunc Karolus cepit castrum Montis Garzini et sumpsit totamque patriam Na-
varrorum. **De bello Ferracuti gigantis et de optima dis-**
Statim nuntiatum est Karolo quod apud **putatione Rotholandi.**
Nageram gigas quidam nomine Ferracutus de genere Goliath
advenerat de horis Syrie, quem cum XX milibus Turcorum Babilonis ad-
miraldus ad debellandum Karolum regem miserat. Hic non lanceam non
sagittam non formidabat. Vim XL fortium possidebat. Quapropter
Karolus illico Nageram adiit. Mox ut eius adventum Ferracutus ag-
novit, egressus ab urbe singulare certamen, scilicet unum militem contra
alium, petiit. Tunc mittitur ei primum a Karolo Ogerius Dacus. Quem mox
ut solum gigas in campo aspexit, suaviter iuxta illum vadit, et illi-
co eum brachio dextro cum omnibus armis suis amplexatus est et depor-
tavit illum cunctis videntibus in oppidum suum leniter, quasi esset una
mitissima ovis. Erat enim statura eius quasi cubitis XII, et facies
eius longa quasi unius cubiti, et nasus unius palmi mensurati,
et brachia et crura eius quatuor cubitis erant, et digiti tribus palmis.
Deinde misit ad eum causa belli Karolus Rainaldum de Alba Spi-

na, et detulit illum solo brachio leniter in carcerem oppidi sui. Deinde ve-
nit Constantinus rex romanus et Oellus comes, et ipsos simul
unum ad dexteram et alium ad levam in carcerem retrusit. Deinde
misit Karolus xx. pugnatores, duos scilicet insimul separatim, et illos
similiter carceri mancipavit. His itaque inspectis Karolus cunctis
insimul ad expugnandum, nemo inde postea ausus est mittere ad ex-
pugnandum eum. Rothlandus tunc vix impetrata a rege
licentia accessit ad gigantem bellaturus. At ipse gigas
ilico rapuit eum sola manu dextera et misit eum ante
se equum suum. Cumque illum portaret versus oppidum, Rothlandus
resumptis viribus suis in domino confisus arripuit eum per mentum
et statim evertit illum retro super equum, et ceciderunt ambo simul
de equo prostrati solo. Statimque elevantur a terra ambo pariter
et ascenderunt equos. Ilico Rothlandus spata propria evaginata
gigantem occidere putans, equum eius solo ictu per medium
trucidavit. Cumque Ferracutus pedes esset spatamque evagi-
natam manu teneret, et minas ei mirabiles intulisset, Roth-
landus sua spata in brachio quo spatam suam gigas tenebat illum
percussit, et minime eum lesit, sed spatam a manu excussit.
Tunc Ferracutus gladio amisso percutere putans pugno clau-
so Rothlandum, eius equum in fronte percussit, et statim equus obiit.
Denique sine gladiis pedites usque ad nonam pugnis et la-
pidibus debellaverunt. Die vero advesperascente impetravit tre-
bas Ferracutus a Rothlando usque in crastinum. Tunc disposuerunt
inter se ut die crastina in bello sine equis et lanceis ambo conve-

uiret. Et cessata pugna ex utraque parte unusquisque ad proprium
remeavit hospicium. Crastina vero die summo diluculo separati ve-
nerunt pedites in campo belli sicut dispositum fuerat. Ferracutus vero
secum detulit spatam, sed nichil ei valuit, quia Rotlandus baculum quendam re-
tortum et longum secum detulit, cum quo tota die illum percussit, et minime
eum lesit. Percussit itaque eum magnis et rotundis lapidibus quibus in campo
habundanter erat usque ad meridiem, illo sponte consenciente, et eum nullo modo
ledere potuit. Tunc impetratis a Rothlando treuuis, Ferracutus sompno pre-
gravatus cepit dormire. Rotlandus vero ut erat iuvenis alacer misit
lapidem ad caput eius, ut libencius dormiret. Nullus enim christianorum illum
occidere audebat, nec ipse Rothlandus, quia talis erat inter illos institu-
cio quod si christianus sarraceno vel sarracenus christiano daret treuuam, nullus
ei iniuriam faceret. Et si aliquis treuuam datam ante diffidenciam frangeret,
statim interficeretur. Ferracutus namque postquam satis dormivit, evigilavit,
et sedit iuxta eum Rothlandus, et cepit eum interrogare qualiter ita fortissimus
et durissimus habebatur, quod nec gladium nec lapidem nec baculum non
formidabat. Vulnerari inquit gigas non possum nisi per umbilicum.
Loquebatur enim lingua yspanica, quam Rothlandus satis intelligebat.
Tunc gigas cepit Rothlandum aspicere et interrogare eum dicens: Tu vero quomodo
vocaris? Rothlandus inquit vocor. Cuius generis inquit gigas es, qui tam
fortiter me expugnas? Francorum genere oriundus inquit Rothlandus sum.
Ait Ferracutus: Cuius legis sunt Franci? Et Rothlandus: Christiane legis Dei gratia
sumus, et imperiis Christi subditi sumus, et pro eius fide in quantum possumus decertamus.
Tunc paganus audito Christi nomine ait: Quis est ille Christus in quem credis? Et Rotlan-
dus: Filius inquit Dei patris, qui ex virgine nascitur, cruce patitur, sepulcro

sepelitur et ab inferis iii die resuscitatur et ad dei patris dexteram super
celos regredietur. Ferracutus. Nos credimus quod creator celi et terre
unus deus est. nec filium habuit nec patrem. Sed sicut a nullo generatus est ita
neminem genuit. Ergo unus est deus non trinus. Verum dicis inquit rotolandus
quod unus est. sed cum dicis quod non trinus est in fide claudicas. Si credis in patre
crede in filio eius et spiritu sancto. Ipse enim deus pater est. filius est. spiritus sanctus est unus
deus permanens in tribus personis. Si patrem inquit ferracutus dicis esse deum. filium
et spiritum sanctum deum. ergo tres dii sunt quod absit et non unus deus. Nequaquam
inquit rotolandus. sed unum deum et trinum predico tibi. Et unus est et trinus est.
Tote tres persone sunt coeterne et coequales. Et qualis pater talis filius talis spiritus sanctus. In personis
est proprietas. in essentia unitas. et in maiestate adoratur equalitas.
Trinum deum et unum angeli adorant in celis. et abraham tres vidit et unum
adoravit. Hoc ostende inquit gigas qualiter tria una sint. Ostendam inquit
rotolandus per humanas creaturas. Sicut in cithara dum sonat tria
sunt. ars scilicet corde et manus et una cithara est. Sic in deo tria sunt pater
filius spiritus sanctus et unus est deus. Sicut in amigdala tria sunt. corium scilicet testa
et nucleus et una tamen amigdala est. Sic tres persone in deo sunt et unus deus est.
In sole tria sunt. candor splendor et calor et tamen unus sol est. In rota
plaustri tria sunt. medium scilicet brachia et circulus et tamen una rota est. In te
metipso tria sunt. corpus scilicet membra et anima et tamen unus homo es. Sic in deo et
unitas et trinitas esse perhibetur. Nunc inquit ferracutus quod trinum deum et unum
esse intelligo. Sed qualiter pater filium genuit ut asseris ignoro. Credis
inquit rotolandus quod deus adam fecit. Credo inquit gigas. Quemadmodum inquit
rotolandus adam a nullo generatus est et tamen filium genuit. Sic deus a nullo
generatus est et tamen filium ineffabiliter ante omnia tempora divinitus pur

uoluit genuit absque semine ipso. Ait gigas. Placet igitur mihi quod dicis. sed
qualiter homo esset qui deus erat. penitus ignoro. Ille igitur rotlandus. Qui ce-
lum et terram et omnia creauit ex nichilo. ipse fecit humanari filium
in uirgine. sine semine humano. sed spiramine sacro suo. In hoc inquit
gigas laboro. qualiter sine humano semine ut asseris nascitur de uirgine
ipso. Rotlandus ait. Deus qui adam sine semine alterius hominis formauit. ipse
filium suum sine semine hominis de uirgine nasci fecit. et sicut de deo patre nas-
citur sine matre. sic ex matre nascitur sine homine patre. Talis enim decet
partus deum. Valde inquit gigas erubesco. quomodo uirgo sine homine ge-
nuit. Ille igitur rotlandus. Qui fabe gurgulionem et arbori glisci
facit gignere uermem et multos pisces et uultures et apes et serpentes
sine masculino semine. facit parere prolem. ipse uirginem intactam absque
uiri semine fecit gignere deum et hominem. Qui primum hominem
sine alterius semine ut dixi fecit. facile potuit facere ut filius eius
homo factus de uirgine sine masculino concubitu nasceretur. Bene
igitur Ferracutus potest esse quod de uirgine natus fuit. sed si filius dei
fuit. nullatenus ut asseris in cruce mori potuit. Nasci
ut dicis potuit sed si deus fuit. nequaquam mori potuit. deus
enim numquam moritur. Bene inquit rotlandus dixisti quod de uirgine
nasci potuit. Ecce quia ut homo natus fuit. Si natus est ut
homo. ergo mortuus est ut homo. quia omnis qui nascitur moritur. Si in eodem
credendum est natiuitati ergo credendum est passioni. simul et resurrectioni.
Quomodo inquit Ferracutus credendum est resurrectioni? Quia inquit rotlandus
his qui nascitur moritur. et qui moritur die tertio uiuificatur. Tunc
gigas audito uerbo miratus est multum. dixitque ei. Rothlande.

ē cor ūba ī aīa īn ṗferſ· Impossibile ē ut ho mortuus de
nuo ad uitā resurgat· Nō solū inq̄· rothland⁹ dei fili⁹ a
mortuus resurrexit· uer̄ ⁊ oēs hoīes q̄ fuere ab inicio usq;
ī fine sc̄i resurrecti anī ei⁹ tribunal ⁊ accepturi īnicoꝝ suoꝝ
stipendia· ꝑut gessit unusq̄sq; siue bonū siue malū· Ipse
ds̄ q̄ modica arbore ī sublime cresce facit· ⁊ granū frumenti
mortuū ī t̄ra putrefactū reuiuiscere ac fructificare fac̄· il
le cunctos ꝓpria carne ⁊ spū de morte ad uitā resuscitari ī die
nouissimo faciet· Leonis mistica natā ē assimile· Si die
t̄cia leo catlos suos mortuos anelitu suo uiuificat· Eo
mirū sidꝰ p̄r filiū suū die t̄cia amortuis resuscita
uit· q̄ nouū ē deb; uidi sidi fili⁹ ad uitā rediit ē miru
mortuū anī ei⁹ resurrectoē ad uita redisset· Si elias ⁊ eli
se⁹ facile defunctos suscitarunt· facili⁹ ds̄ p̄r illū suscitauit·
Et ipse q̄ plures mortuos anī suā passioē suscitau facile amor
tuus resurrexit· ⁊ a morte nullatenus teneri potuit anī e⁹
cōspectū mors ipā fugit· ad e⁹ uocē mortuoꝝ phalans resur
rexit· de ferracur⁹· Satis inq̄o eius q̄ dicis h̄ q̄l'r celos pene
t̄uit ut dixisti ꝓrsus ignoro· Ille inq̄d rotlād⁹ q̄ de cel
facile descēdit· polos facile ascēdit· Et facile ꝑ semp ipm
resurrexit· facile polos penetrauit· Exempla intra ꝑ rer̄ tal
sume· Vides rotā molendini q̄ cū ad ima de supius des
cēdit· cū de infimis ad sublimia ascēdit· Auis uolās ī aere
q̄ cū descēdit· cū ascēdit· Tu ipse si forte de q̄dā mōte
descēdisti· bn potes it̄m redire unde descēdisti· Sol ab

oriente exit, surgit et ad occidentem occubuit, et hodie sicut
in eodem loco surrexit. Unde Filius Dei venit, illuc rediit. Tali, inquit,
pacto, inquit Ferracutus, tecum pugnabo, quod si vera est haec fides quam
asseris, ego victus sim, et si mendax est, tu victus sis. Et sit genti vic-
ti vitium obprobrium, victoris autem laus et decus in evum. Fiat, inquit
Rotlandus. Itaque bellum ex utraque revolvitur, et illico Rotlandus pa-
ganum aggreditur. Tunc Ferracutus eiecit ictum spata sua super Rot-
landum, sed ipse Rotlandus salivit ad levam, et recepit ictum spatae
eius in baculo suo. Interea abscisso baculo Rotlandi, irruit in eum
et ipse gigas, et illum arripiens leniter inclinavit subter se ad terram. Sta-
tim agnovit Rotlandus quod nullo modo evadere poterat ab eo. Coepit
invocare in auxilium beatae virginis filium. Et erexit se, Deo donante,
aliquantulum, et revolvit eum subter se, et misit manum suam ad mu-
cronem eius, et punxit eum parumper in umbilicum, et evasit ab eo. Tunc excel-
sa voce coepit deum suum gigas invocare dicens: Mahumet, Mahumet,
deus meus, succurre mihi, quia iam morior. Statim ad hanc vocem occur-
rentes Sarraceni rapuerunt eum, portantes manibus versus oppidum.
Rotlandus vero iam ad suos incolumis redierat. Et statim christiani cum Sar-
racenis qui Ferracutum deferebant in oppidum quod erat super urbem, impetu
ingrediuntur. Sicque gigante perempto, urbs et castrum capitur,
et pugnatores a carcere eripiuntur. De bello Iaruazz.

Post exiguum vero tempus relatum est imperatori nostro quod apud Cordubam Ebra-
im rex Sibiliae et Altumaior, qui de bello Pampiloniae olim fu-
gerant, expectabant eum ad pugnandum. Et venerant ad eos in auxilium
mille bellatores de septem urbibus, Sibilia scilicet, Granada, Satina,

denia. ubeda. abula. baecia. Tunc disposuit Karolus ire
ad bellum contra illos. Cum itaque cordubam cum exercitibus suis appropinquasset,
exierunt reges prefati cum exercitibus suis contra eum armati longe ab ur
be tribus miliariis. et erant sarraceni circiter. x. et. iiii. milia nostri uero fere
sex milia. Tunc disposuit karolus exercitum suum in tribus turmis. quarum
prima militum probatissimorum fuit. et secunda peditum. ultima uero
militum extitit. Cumque appropinquaret iubente karolo prima turma.
militum nostrorum contra primam turmam militum paganorum. et uenerunt
ante singulos equos illorum singuli pedites. habentes laruas barbatas
cornutas. demonibus consimiles. tenentesque singuli singula tym
pana que manibus fortiter percutiebant. Cum uoces et sonitus equi nostrorum
militum maior ut audierunt terribilesque illorum uiderunt simi
litudines. nimis pauefacti retro quasi amentes fugere ceperunt. et nulla
tenus milites eos retinere ualebant. Cumque alie due turme nostri ex
ercitus primam turmam fugere uiderunt. in fugam omnes conuersi sunt. Tunc sarraceni
ualde gauisi retro lento gradu insequuti sunt nos quousque in quendam montem perue
nimus qui ab urbe fere duobus miliariis distat. Ibi uero omnes coaduna
ti et ex nobis met ipsis asilum fecimus illos expectantes ad bellum. Quod illi
uidentes aliquantulum retro abierunt. Illico tentoria nostra fiximus. ibi ma
nentes usque in crastinum. Mane autem facto accepto consilio karolus cum omnibus pug
natoribus precepit ut omnes equites exercitus nostri equorum suorum capita linteis
et pannis uelarent. ne laruas nefandorum perspicerent aut audirent. Artificium mi
rabile. Illico clausis oculis et auribus equorum accesserunt confidenter ad pugnam.
paruipendentes sonitus friuolos ipsorum. Tunc certantes nostri similiter expug
nauerunt illos amane usque ad meridiem. et multos illorum occiderunt.

uno tantum usque ad omnium interfectionem. Et erant quatuor milia sarracenorum simul co
adunati. Et in medio illorum erat plaustrum quod octo boves trahebant
super quod vexillum rubeum eorum elevabatur. Mos quoque erat quod nemo de
bello fugeret quamdiu vexillum illorum videret erectum. Quod cum Ka
rolus agnovisset, lorica et galea et spata invincibili septus divina
virtute obumbratus ingressus est in acies illorum, precipitando illos ad
dexteram et levam quousque pervenit ad plaustrum. Tunc ipsa spata perticam
que vexillum sustentabat abscidit. Et statim omnes sarraceni huc illucque
dispersi fugere ceperunt. Ilico facto ex utroque exercitu magno clamo
re et impetu, VIII. milia sarracenorum interficiuntur et rex sibilie occiditur.
Et Altumaior cum duobus milibus sarracenorum ingressus urbem munivit.
Crastina vero die tandem victus reddit imperatori nostro urbem tali
scilicet pacto ut baptismum subiret, ipsique Karolo subiaceret
et urbem a Karolo de illo teneret. His itaque gestis terras provincias
hyspanie pugnatoribus et gentibus suis illis scilicet qui in patria illa
manere volebant Karolus divisit. Terram Navarrorum et Bas
clorum Britannis, et terram Castellanorum Francis, terram Nagere et Cesar
auguste Grecis et Apulis qui in nostro exercitu erant, et terram Ara
gonis Pictavis, et terram Alandaluf iuxta maritima Te
utonicis, et terram Portugallorum Dacis et Flandris dedit. Terram
Galecie Franci inhabitare noluerunt, quia aspera eis videbatur.
Nemo postea fuit qui auderet in ispania Karolum impugnare.

De consilio Karoli et episcopatu eius ad sanctum Iacobum. XIX.

Tunc dimissis maioribus exercitibus suis Karolus in hyspania
sancti Iacobi limina adiit et quos in illa patria habitantes rep

it; et quos edificauit. illos uero qui ad perfidiam sarracenorum reuersi
fuerant. aut gladio peremit. aut in gallias exules misit. Tunc
constituit per ciuitates antistites et presbiteros. et adunato in ur-
be compostella episcoporum et principum concilio instituit amore beati
iacobi. quod cuncti presules et principes et reges. christiani. hispani scilicet
et galleciani presentes et futuri. episcopo sancti iacobi obedirent. apud
yriam presulem minime instituit. quia illam pro urbe non re-
putauit sed uillam subiectam sedi compostellanensi esse precepit.
Tunc in eodem concilio ego turpinus remensis archiepiscopus beati iacobi basilicam
et altare cum .xl. episcopis karoli rogatu. kalendis iunii. honorifice
dedicaui. Et subiugauit rex eidem ecclesie totam terram hispanicam
et galleciam. dedit que ei in dotem precipiens. ut unusquisque possessor uniuscuiusque
domus totius ispanie et gallecie .iiii. nummos annuatim ex debito
daret. et ab omni seruitute regis precepit liberos esse. Et constituit
ex die illo ut illa ecclesia appellaretur sedes apostolica. eo quod
ibi apostolus iacobus requiescat. et in ea episcoporum totius hyspanie celebra
concilia teneantur. et episcopales uirge et regales corone per manus
episcopi eiusdem urbis ad decus apostoli dei prebeantur. Et si fides in aliis urbi-
bus peccatis populorum ex gentibus. uel dei precepta defecerint. in concilio eius-
dem episcopi reconcilientur. Et merito in illa ecclesia uenerabili. fides reconcili-
ari et stabiliri discernitur. quia sicut per beatum iohannem euangelistam beati
iacobi fratrem in orientali parte apud ephesum fides et apostolica se-
des instituitur. sic per beatum iacobum in occidentali parte regni dei
apud galleciam fides eadem et apostolica sedes constituitur. Hee sunt procul du-
bio sedes. ephesiensis scilicet que est ad dexteram in regno terreno. et compos

[...]tela que est ad sinistram. [illegible] sedes his duobus filiis suis zebe-
dei [illegible] congerere que ipsi pecierat, ad unum ut unus ad
dexteram in regno eius sederet, et alius ad levam. Tres apostolicas sedes prin-
cipales pre omnibus sedibus in orbe merito religio christiana venerari pre-
cipue consuevit, romanam scilicet et galecianam et ephesianam. Sicut
enim tres apostolos petrum videlicet et iacobum et iohannem pre omnibus apostolis dominus
constituit, quibus sua secreta plenius ut in evangeliis patet reve-
lavit, sic per eos tres has sedes pre omnibus cosmi sedibus reverendas
constituit. Merito he sedes dicuntur principales, quia sicut hi tres apostoli
dignitatis gratia ceteros precesserunt apostolos, sic loca illa sacra in
quibus predicaverunt et sepulti fuere dignitatis excellencia omnes totius orbis
sedes iure precedere debent. Iure romana sedes apostolica prima ponitur,
quia eam princeps apostolorum petrus predicacione sua et proprio sanguine et se-
pultura dedicavit. Compostella namque sedes secunda merito dicitur, quia beatus ia-
cobus, qui inter ceteros apostolos precipua dignitate et honore et honestate
maior post beatum petrum extitit, et in celis primatum super illos tenet, pri-
mo martirio laureatus, eam sua predicacione olim munivit, sepultura sua
sacratissima consecravit, et miraculis adhuc perlustrat, et indeficien-
tibus beneficiis indesinenter ditare non cessat. Tercia sedes rite ephe-
siana dicitur, quia beatus iohannes euangelista in ea euangelium suum scilicet In principio
erat verbum eructavit, convocato episcoporum concilio quos ipse per urbes
disposuerat, quos etiam in apocalipsi sua angelos vocat; eamque doctri-
na et miraculis et basilica quam in ea edificavit, immo et propria sepultura
consecravit. Si igitur aliqua iudicia aut divina aut humana in aliis
sedibus orbis difficultate terminari forte nequiverint, In his tribus se-

dibus tractari et disciplinari legitime et iuste deberet. Itaque Ga-
lecia in primis temporibus a sarracenis expedita, virtute dei et beati Ia-
cobi et auxilio Karoli constat honesta usque in hodiernum diem
in fide orthodoxa. **De persona et fortitudine Karoli. XX.**

Erat rex Karolus capillis brunus, facie rubeus, corpore decorus et ve-
nustus, sed visu efferus. Statura vero eius erat in longitudine ~~viii~~ pedum
suorum, scilicet qui erant longissimi. Amplissimus renibus, ventre congru-
us, brachiis et cruribus grossus, omnibus artubus fortissimus, certamine
doctissimus, miles acerrimus. Habebat in longitudine facies eius unum
palmum et dimidium, et barba unum, et nasus circiter dimidium.
Frons eius erat unius pedis, oculi leonini, scintillantes ut carbun-
culus. Supercilia oculorum eius dimidium palmum habebant. Statim perterritus
erat quem ipse ira commotus apertis oculis respiciebat. Cingulum namque
quo ipse cingebatur octo palmis extensum habebatur, preter illud quod depende-
bat. Parum panis comedebat, sed quartam partem arietis aut gal-
linas duas aut anserem aut spatulam porcinam aut pavonem
aut gruem aut leporem integrum edebat. Modicum vinum et aque
lympham sobrie bibebat. Tante fortitudinis erat quod militem
armatum sedentem super equum a vertice capitis usque ad bases simul
cum equo uno ictu propria spata secabat. Quatuor ferraturas equi si-
mul facile extendebat. Militem armatum erectum stantem super palmam
suam a terra usque ad caput suum sola manu velociter elevabat.
Erat donis largissimus, iudiciis rectissimus, locutionibus locu-
lentus. In quatuor sollempnitatibus precellentioribus anni precipue in Hispania cu-
riam suam tenens, coronam regiam et sceptrum gestabat. Die scilicet nat-

dominum. et die pasce. et die pentecostes. et die sancti iacobi. Ante eius
tribunal spata nuda more imperiali ferebatur. Circa lectum eius
per singulas noctes assidue. c. xx. fortes orthodoxi constituebantur
ad custodiendum eum. quorum. xl. primam noctis uigiliam agebant. et x.
ad caput. et x. ad pedes. et x. ad dexteram. et x. ad leuam. manu dex
tera nudam spatam. et sinistra ardentem candelam tenentes. Eodem modo secundam
uigiliam alii xl. et similiter alii. xl. terciam uigiliam noctis usque ad diem
aliis dormientibus obseruabant. Sed si quis magna eius gesta apponere
audire delectauerit. enarrare nobis magnum est et honerosum. Qualiter
admodum galafrus admiraldus toletanus illum in pueritia exula
tum. ornauit abitu militari in palacio toleti. et quomodo idem kar
olus postea amore eius galafri occidit in bello braimantum mag
num ac superbum regem sarracenorum galafri inimicum. et quomodo diuersas
terras. et urbes adquisiuit. et trino nomine subiugauit. et quomodo abbati
as multasque ecclesias per mundum instituit. et quomodo multorum sanctorum corpora
et reliquias in auro et argento collocauit. et quomodo rome imperator fuit
et dominicum sepulcrum adiit. et quomodo lignum dominicum secum attulit. unde multas
ecclesias dotauit. scribere nequeo. Magis deficit manus et calamus quam
eius historia. Qualiter admodum tamen post liberacionem telluris galecie ab his
pania rediit ad galliam nobis breuiter est dicendum. De prodicione karoli
XXI. ganaloni. et de bello runcieuallis. et de passione pugnatorum.

Postquam karolus magnus imperator famosissimus totam hispaniam
diebus illis ad domini et apostoli eius sancti iacobi decus adquisiuit. rediens
ab hispania. pampiloniam cum suis exercitibus hospitatus est. Erant tunc
temporis commorantes apud cesar augustam duo reges sarraceni. mar

[...] scilicet et Beligandus frater eius ab ammiraldo babilonis prode
ad yspaniam missi, qui Karolo ipsius imperio subiacebant, et libenter ei in omnibus
serviebant, sed in karitate ficta. Quibus Karolus per Ganalonum
mandavit ut baptismum subirent aut tributum ei mitterent. Tunc miserunt
ei xxx equos oneratos auro et argento gazisque ispanicis, quadringenta
equos vino dulcissimo et puro oneratos miserunt pugnatoribus
ad potandum, et mille sarracenas. Ganalono vero xx equos argento
auro palliis oneratos fraudulenter obtulerunt ut pugna
tores in manus illorum traderet. Qui consensit et pecuniam illam acce
pit. Itaque firmato inter se pacto pessimo tradicionis, redit Gana
lonus ad Karolum et dedit ei gazas quas reges illi miserant, di
cens quod Marsirus vellet effici christianus et preparabat iter suum ut ve
niret ad Karolum in galliam et ibi baptismum acciperet, et totam terram
ispanicam deinceps de illo teneret. Maiores vero pugnatores vinum
solum inde acceperunt, mulieres vero minime, sed minores sum
pserunt. Tunc Karolus credens verbis Ganaloni disposuit transi
re portus cisereos et redire in galliam. Tunc accepto consilio a Ga
nalono Karolus precepit karissimis suis Rotolando nepoti
suo cenomanensi et blauiensi comiti et Oliuero gebenensi
comiti ut cum maioribus pugnatoribus et xx milibus christianorum
ultimam custodiam in Runcia valle facerent, donec ipse Karolus
cum aliis exercitibus portus cisereos transiret. Itaque factum est. Sed quia
precedentibus noctibus vino sarracenico ebrii quidam cum mulieri
bus paganis et christianis feminis quas secum duxerant de gallia ad
ulterati fuerant, fornicati sunt, mortem incurrerunt. Quid plura? Dum Karolus

portus cum .xx. milibus christianorum. et turpino. et ganalono transiret
et praefatam ultimam custodiam facerent marsirus et beligandus cum .l.
milibus sarracenorum summo mane exierunt de nemoribus et col
libus ex consilio ganaloni. ubi duobus diebus totidemque noctibus latuerant
et fecerunt duas turmas bellicas. unam .xx. milium. aliam .xxx.
Illa vero que erat .xx. milium primum coepit post tergum subito percutere nostros.
Illico nostri reversi sunt contra illos expugnantes eos a mane usque ad
tertiam omnes occiderunt. nec unus quidem ex .xx. milibus sarracenorum evasit.
Statim tamen tanto bello fatigatos et lassos. alia .xxx. milia sarracenorum
aggrediuntur. et percusserunt eos a maiori usque ad minorem. nec
unus quidem ex .xx. milibus christianorum evasit. Alii sagittis et iacu
lis perforantur. Alii lanceis perforantur. Alii spatis decollantur. Alii
securibus absciduntur. Alii perticis verberando perimuntur. Alii cul
tellis vivi excoriantur. Alii igne cremantur. Alii arboribus suspen
duntur. Ibi interfecti sunt omnes pugnatores praeter rotlandum et baldui
num et turpinum et tedericum et ganalonum. Balduinus et tedericus dis
persi per nemora tunc latuere et postea evaserunt. Tunc sarraceni una
leuga retro redierunt. Hoc in loco interrogandum est cur illos qui minime
cum mulieribus fornicati sunt dominus mortem interire permisit. Ergo vo
luit ut ad propriam ~~suam~~ patriam amplius redirent. ne forte in graviora pec
cata committerent. et voluit illis pro laboribus suis coronam celes
tis regni per passionem rependere. Illos vero qui fornicati fuerant mor
tem permisit interire. quia per gladii passionem voluit illorum peccata
delere. Nec credendum est quod clementissimus deus voluit remune
re ~~...~~actos labores eorum scilicet qui in fine nomen eius confessi

sunt. peccata committentes. Licet enim sic fornicati tamen post noctem sunt in fine
perempti. Igitur pergentibus ad proelium patet quod periculosum sit commixtio fe-
minarum. Unde etiam duo principes, Darius scilicet et Antonius, olim cum uxorum
comitatu processerunt in bellum, et ambo interierunt. Darius superatus
ab Alexandro, Antonius vero ab Octaviano augusto. Quia non decet nec ex-
pedit habere mulieres in castris, quia libido castitatis est impedimentum
animae simul et corporis. Illi quoque inebriati et fornicati sunt significant sacerdo-
tes et religiosos nostros, qui contra vitia pugnare debent, quibus non licet inebriari et cum
mulieribus coinquinari. Quod si fecerint, ab inimicis suis, id est a daemonibus,
se noverint superandos et aeterna morte plectendos. **De passione
Rotlandi et morte Marsirii et fuga Belligandi. xxii.**

Itaque peracto bello cum rediret, Rotlandus solus causa explorandi
adversus paganos et ab hostibus longe distaret, invenit quendam
Sarracenum nigrum de bello fessum in nemore latentem, et captum
vivumque nexuit fortiter cum quattuor retortis ad arborem quandam dimisit.
T ~~[illegible]~~ ascendit in montem quendam et exploravit illos et vidit quod multi
erant, et rediit retro ad viam Runciae vallis, qua illi pergebant qui portus
transire cupiebant. Tunc insonuit tuba sua eburnea. Ad cuius vocem
redierunt ad eum ex christianis circiter centum, cum quibus retro per nemora versus
Sarracenos usque ad Sarracenum nexum rediit. Quem etiam a vinculis
absolvit, et elevavit spatam suam nudam super caput eius dicens:
Si mecum veneris et Marsirum mihi demonstraveris, vivum te dimit-
tam; alioquin te interficiam. Non enim cognoscebat Rotlandus Marsirum.
Tunc ivit Sarracenus ille cum eo et ostendit ei inter agmina Sarra-
cenorum a longe Marsirum in equo rufo et clipeo rotundo. Tunc

Rotlandus illo dimisso, accinctus ad bellum, resumptis viribus dei cum his quos secum habebat, irruit illico inter sarracenos, et invenit quendam inter alios qui erat statura maior aliis, et uno ictu secuit illum et equum eius per medium cum ipsa spata a summo usque deorsum, ita quod una pars sarraceni et equi eius cecidit ad dextram et alia ad levam. Quod videntes alii sarraceni, dimiserunt illico marsirum cum paucis in campo dimittentes, fugere huc illucque ceperunt. Rotlandus vero dei virtute fretus intravit inter acies sarracenorum, illos ad dextram et ad levam precipitando. Et consecutus est marsirum fugientem, et ipso fretus virtute dei illum inter alios peremit. Tunc in eodem bello .c. socii rotlandi quos secum adduxerat interfecti sunt. Ipse vero rotlandus .iiii. lanceis, imo astis et lapidibus graviter percussus, et acriter evasit. Porro ut belligandus marsirii necem agnovit, cum aliis sarracenis ab illis horis illico recessit. Tedricus vero et baudui[nus] ut potuerunt et alii quidam christiani per nemora huc illucque dispersi et perterriti latitabant. Alii vero portus transiebant.

Karolus vero cum suis exercitibus iam montis fastigia transierat, et que post tergum facta fuerat ignorabat. Tunc rotlandus tanto bello fatigatus, de nece christianorum et tantorum virorum dolens, sarracenorum ictibus magnis et percussionibus acceptis afflictus, usque ad pedem portuum cisere per nemora solus pervenit. Et ibi sub arbore quadam iuxta lapidem marmoreum qui ibi erectus erat in prato optimo super runciavallem equo desiluit. Habebat ipse adhuc quandam spatam suam secum, opere pulcherrimam, acumine incomparabilem, fortitudine inflexibilem, nimia claritate

resplendentem. nomine durenda, id est durum ictum cum ea da. quia prius deficiet brachium quam spata. Quam cum evaginasset et in manu eam teneret, intuens eam lacrimosis vocibus dixit. O ensis pulcherrime sed semper lucidissime, longitudinis decentissime, latitudine congrue, fortitudine firmissime, capulo eburneo candidissime, cruce aurea splendidissime, superficie deaurate, pomo berillino decorate, magno



nomine dei insculpte, acumine legitime. Virtute divina predite. Quis amplius tua fortitudine utetur? Quis amplius te possidebit? Quis te tenebit? Quis te habebit? Qui te possidebat erat invictus, non attonitus, non formidine inimicorum perterritus, non ullis fantasiis pavidus, sed semper erat divina virtute fretus, auxilio divino circumdatus. Per te sarraceni destruuntur, gens perfida destruitur, lex christiana exaltatur, laus dei et gloria et celeberrima fama adquiritur. O quotiens domini nostri ihesu christi sanguinem per te vindicavi. quotiens christi inimicos peremi. quot sarracenos per te trucidavi. quot iudeos ac perfidos pro christiane fidei exaltacione destruxi. per te iusticia adimpletur. pes manusque latrocinio assueta amputatur. Quotiens per te aut iudeum perfidum aut sarracenum peremi. totiens christi sanguinem ut arbitror vindicavi. O spata felicissima, acutissimarum acutissima, cui similis non fuit nec amplius erit. Qui te fabricavit nec ante nec post consimilem fecit. Nullatenus vivere potuit qui a te vulneratus aliquantulum extitit. Si miles ignavus aut timidus te habuerit, si sarracenus aut aliquis perfidus valde doleo. His itaque dictis timens ne in manus sarracenorum deveniret

rer. percussit spata lapidē marmoreū t'no ictu uolēs eā
frāgere. Qd pluri. In duab' partib' a sūmo usq: deorsum
lapis diuidit. 7 gladi' biceps illesus educit. De sonitu tu
be rotlādi. 7 de ɔfessiōe 7 trāsitu ei'. xxiij.

Dein de tuba sua cepit altissonis sonitu tonare. si forte
aliq̄ ex xp̄ianis q' p nemora timore sarracenoꝝ latita
bāt ad se uenirēt. uł si illi q' port' iā trāsierāt forte ad se
redirēt. suoq: funeri ad ēēt. spatāq: suā 7 equi accipent
7 sarracenos psequerent. Tc tāta uirtute tuba sua eburnea i
sonuit. q flatu oris ei' tuba p mediū scissa. 7 uene col
li ei' 7 nerui rupta fuisse ferunt. Cui' uox ad aures karoli q
i ualle q' karoli dr' cū exercitu suo tētoria fixerat. loco scilt
q' distabat a rotlādo. viij. miliariis uersus gasconiā. āgłi an
gelico ducētu puenit. Illico karol' uoluit ad eū latur' au
xiliū redire. s; ganalon' passionis rotlādi ɔscius. dixitq: ei.
Noli rex dn̄e mi rex redire. q: rotlād' p minimo solitu
bicinare cotidie. Scias q: nō auxilio tuo nūc indiget. s; ue
nādi studio aliq̄ fera psequens p nemora cornicādo discur
rit. Hbscudola ɔsilia inde proditoris tādiu ɔspirata. Cūq: sr' herba
prati rothlād' iaceret. aq̄ q: ad refocillādū siti nimis
desideraret sr' uenienti balduino ut ei aq̄ pberet innuit.
Et cū aq̄ huc illucq: quereret. n̄ inuenit. uidēs eū mor
ti p̄ximū. bn̄dixit eū. 7 formidās ne i man' sarracenoꝝ
incurreret equū ei' ascēdit. 7 karoli exercitū pcedentē. relicto
eo i secut' ē. Eo recedēte. illico adueni tedric'. 7 cep' ualde

set cum lugere diceres. et ut animam in sua sancta confessione muniret.
Accepit ipse rotlandus die illo eucharistiam. et delictorum suorum
confessionem agebat sacerdotibus antequam ad bellum properaret. Erat enim
mos ut omnes pugnaturi eucharistiam et confessionem per manus sacer-
dotum. episcoporum et monachorum qui ibi aderant munirentur antequam
pugnam ad bellum inirent. Tunc elevatis oculis in celum. rotlandus
intra se ait. Domine ihesu christe pro cuius fide patriam meam dimisi. et hispaniam
barbaris hominibus ad exaltandam christianitatem tuam veni. multa pro
fide bella tuo munitus auxilio devici. et alapas. et innu-
meras. ruinas. vulnera multa. obprobria. irrisiones. fatigationes. ca-
lores. frigora. famem. sitim. anxietates perpessus sum. tibi in hac hora commendo
animam meam. Sicut pro me de virgine dignatus es nasci. crucem
pati mori. sepulcro sepeliri. tercia die ab inferis resuscitari.
celos quos numquam tui numinis presencia deseruisti. volun-
ta ascendere. sic animam meam liberare digneris a morte eterna.
Vltra quam dici fas est me reum et peccatorem esse confiteor. Sed tu qui omnium
peccatorum indultor clementissimus es. qui misereris omnium et nichil
odisti eorum que fecisti. dissimulans peccata hominum propter penitenciam
quia peccatoris omnia facinora in quacumque die ad te conversus fuerit et
ingemuerit oblivioni in perpetuum tradis. qui ninivitis pepercisti
et mulieri deprehense in adulterio dimisisti. et magdalene re-
misisti. et petro lacrimanti relaxasti. et latroni confitenti paradisi
ianuam aperuisti. michi veniam non deneges delictorum. Quicquid in
peccatum admisi remitte. et animam meam in eterna requie requiescere digneris.
Tu es enim qui non perire facis morientes corpora nostra. sed mutantur in melius.

quia animam a corpore separatam meliorem vitam vivere facis. quod di-
xisti te malle vitam peccatoris quam mortem. Credo corde et ore
confiteor et credo quod tu animam meam ab hac vita vis educere. ut post mor-
tem eam in meliorem vitam facias vivere. Ad sensum et intellectum quod nunc
habet. tanto meliorem habebit. quanto differt vita a corpore. Tenens pel-
lem et carnem circa mamillas et cor. ut idem reducens postea retulit.
dixit cum lacrimosis gemitibus. Domine Ihesu Christe fili dei vivi et beate Marie
virginis. totis visceribus confiteor et credo quod tu redemptor meus
vivis. et in novissimo die de terra surrecturus sum. et in carne
ista videbo deum salvatorem meum. Tribus vicibus carnem suam
et pellem fortiter tenens manibus. ait et in carne ista videbo
deum salvatorem meum. Imisit manus suas super oculos
et tribus vicibus similiter ait. et oculi isti conspicient. Et rursum apertis
oculis. cepit aspicere celum et oculos ad celum suos. et postea signo sancte cru-
cis munivit. et dicere cepit. Omnia terrena michi vilescunt. nunc Christo
donante intueor que oculus non vidit. nec auris audivit. nec in cor
hominis non ascendit. que preparasti diligentibus te. Deinde ma-
nus suas ad dominum expandens. effudit preces pro hiis qui in bello
prefato mortui fuerant dicens. Moveantur misericordie tue viscera
domine super fideles tuos qui hodie in bello mortui sunt. De lon-
ginquis partibus in has barbaras oras. ad expugnandam gentem
perfidam. et ad exaltandum nomen tuum sanctum. et vindicandum sangui-
nem tuum preciosum. et declarandam fidem tuam advenerunt.
Nunc autem pro manibus Sarracenorum perhempti iacent. sed tu
domine eorum maculas clementer absterge. et a baratri cruciatibus

animas eripe dignus. Mitte archangelos tuos sanctos et illos qui eorum animas recipiant de regionibus tenebrarum. et perducant eas in regna celestia. Quatenus una cum sanctis martiribus tuis regnare ualeant tecum sine fine. Qui uiuis et regnas cum deo patre et spiritu sancto in secula seculorum amen. Et statim Tedrico recedente in hac confessione et prece beati Rothlandi martiris anima beata de corpore egreditur. et ab angelis in perhennem requiem transfertur. ubi regnat et exultat sine termino. choris sanctorum martirum dignitate meritorum coniuncta.

De nobilitate et moribus Rothlandi et largitate. xxiiii.

Non decet hunc quisquam uacuis deflere querelis.
Quem letum summi nunc tenet aula poli.
Nobilis antiquorum decurrens prole parentum.
Nobilior gestis nunc super astra manet.
Egregius nulli de nobilitate secundus.
Moribus excellens culmine primus erat.
Templorum cultor recreans modulamine ciues.
Vulneribus patrie fida medela fuit.
Spes cleri tutor uiduarum panis egentum.
Largus pauperibus prodigus hospitibus.
Sic uenerabilibus templis sic fudit egenis.
Mitteret ut celis quas sequeretur opes.
Dogmata corde tenens plenus uelut archa libellis.
Quisquis quod uoluit fonte fluente bibit.
Consilio sapiens animo pius ore serenus.
Omnibus ut propriis esset amore parens.
Culmen honoratum decus almum opimumque.

Laudib⁹ i eiuus militet om̄e dec⁹.
Pro tantis m̄ritis hūc ad celestia uectū
Non tenet urna rogi s; tenet aula dei. De uisiōe t̄pini ⁊ de lamētacōe karoli sr̄ rotlandum. xxv.

Quid plura. Dū b̄i rotlandi m̄rtis aīa exiret de corpe. ⁊ ē t̄pin⁹ i ualle karoli loco p̄fato astāte rege defūctor̄ missā eos die scil. xvi. kl' iulij celebraret. rapt⁹ i extasi audiuj choros i celestib⁹ cātātes. ignorās q̄d h eēt. Cūq; illi ad sublimia trāsiret. ecce p⁹ tergū tetror̄ militū phalās. q̄si de raptu redies. p̄dā q̄ ferēs āñ me trāsiuit. ē subito mox dixi. Qd fertis. Nos iquiūt marsiriū portam⁹ ad īferna. tubicinē urm̄ cū m̄ltis michael fert ad sūna. Tē missa celebrata dixi regi. Vacīt rex scias q̄ rotlandi aīam cū m̄ltis aīab⁹ aliox x̄ianor̄ b̄s michael archāgls deducit i celū. s; q̄ morte mortuus ē. pēnitus ignoro. s; ⁊ demones sp̄m cuidā marsirij. cū aīab⁹ m̄lto⁊ īfideliū ad i cēdia geennalia fert. Dū h dicer. ecce balduin⁹ sr̄ equū rotlandi. q̄ oīa q̄ sc̄a fuerūt. ⁊ rotlandū i agonia positū iux⁹ lapidem i mōte dimisisse nob enarrauit. Mox q̄ p̄ oēm exercitū oīb⁹ exclamātib⁹ retroq; redeūtib⁹. iueñ p⁹ karolus rotlandū ex aīatū. iacēte euersū. b̄chijs suꝑ p̄c⁹ i efigie crucis positis. ⁊ irruiēs sr̄ eū cep̄ lacrimosis uocib⁹ gemitib⁹ ⁊ singltib⁹ i ꝯpabilib⁹ suspirijs q̄ i numerabilib⁹ luge. man⁹ cōplode. faciē suā unguib lanīare.

barbam et capillos vellere. et dixit altissonis meroribus: O brachium
dextrum corporis mei. barba optima. decus Gallorum. spata iusticie.
hasta inflexibilis. lorica inviolabilis. galea salvationis. Iude Ma
chabeo probitate comparatus. Sampsoni assimilatus. Sauli et Ionathe
mortis fortuna consimilis. miles acerrime. bello doctissime. for
tissime fortiorum. genus regale. destructor sarracenorum. defen
sor christianorum. murus clericorum. baculus orphanorum. viduarum cibus.
refectio tam pauperum quam divitum. relevatio ecclesiarum. lingua ignara
mendacii in iudiciis omnium. comes et dux Gallorum. dux exercitum
fidelium. cur te in has horas adduxi. cur mortuum te video. cur
non morior tecum. cur me mestum et orphanum dimisisti. Heu miser
quid faciam. Vivas cum angelis. exulteris cum martirum cetibus. leteris cum omnibus
sanctis. Sine fine mihi lugendum est super te. sicut ad modum luxit et doluit
David super Saul et Ionathan et Absalon. Versus.

Tu patriam repetis nos tristes sub orbe relinquis.
Te tenet aula nitens nos lacrimosa dies.
Sex quater lustra gerens octo bonus insuper annos.
Ereptus terre iustus ad astra redis.
Ad paradisiacas epulas te cive reducto.
Unde gemit mundus gaudet honore polus.

His verbis et his
similibus Karolus Rotlandum luxit quoad vixit. Itaque in
eodem loco quo Rotlandus iacebat defunctus illa nocte tentoria
sua Karolus cum suo exercitu fixit. et corpus examinatum balsamo
et mirra et aloe condivit. et excubias magnas cantibus et luctibus
precibusque circa eum cum luminaribus et ignibus per nemora accensis.

honorifice tota nocte illa quieti peregerunt. De hoc quod sol
stetit spacio trium dierum. et de .iiii. milibus sarracenorum interfectis. xxvi.

Crastina namque die summo diluculo armati ad locum
quo bellum peractum fuerat. et pugnatores perempti iacebant
in runcia valle ierunt. et singuli amicos suos quosdam peremptos ex-
animatos. quosdam vero adhuc vivos. sed letaliter vulneratos invenerunt.
Invenerunt namque ab hac luce in meliorem translatum iacentem super solum
terre eversum in effigie crucis extensum. .iiii. palis in terra fixis. cum
.iiii. retortis fortiter vinctum. et a collo usque ad ungues pedum
et manuum acutissimis cultellis excoriatum. iaculis et sagit-
tis lanceisque et spatis perforatum: magnisque ictibus baculorum a-
trium invenerunt. Clamor et ululatus et vox plangentium innumera-
bilis erat. quia unusquisque super amicum suum dolebat. Totum nemus
et vallem clamoribus suis implebant. Tunc iuravit rex per regem
omnipotentem quod post paganos currere non cessaret. quousque illos in-
veniret. Illico illo post illos currente cum sua tota milicia sol
stetit immobilis. et prolongata est dies illa spacio quasi trium dierum.
Et invenit eos iuxta fluvium qui ebra nominatur. iuxta cesar augustam.
iacentes et comedentes. Tunc .iiii. milibus ex his interfectis. reversus
est rex noster cum sua milicia ad runciam vallem. Sed pluribus de-
functis et infirmis et vulneratis. ad locum quo rotolandus iacebat
translatis. cepit inquirere karolus si verum esset an non quod gana-
lonus pugnatores ut multi asserebant tradidisset. Illico .ii.
milites armatos pinabellum scilicet pro ganalono. et tedricum
pro semet ipso. ad declarandam veritatem congredi iussit. Qui tedri-

ẽ ibi eo pemit pinabellū. Seq̄ die de ganalonē declara
ta. iussit illū karolus. iiii. eq̄s ferocissimis tocius exercit⁹ alliga
ri. ⁊ sup eos sessores. iiii. agitantes ꝯᵃ. iiii. plagas celi. ⁊ sic digna
morte discerpt⁹ interiit. De corporib⁹ mortuorum aromatib⁹

Tunc defunctorū corpa amici ⁊ sale cōditorū. xxvij.
eorū diuersis aromatib⁹ cōdierūt. alii mirra. alii bal
samo. alii sale diligent͛ pfuderūt. multi corpa p uentrem
findebāt. ⁊ stercora eiciebāt. ⁊ sale alia aromata nō hntes
cōdiebāt. Alii feretra lignea ad ferendū ea aptabāt. Alii
sup eq̄s uectabāt. Alii humeris. alii in man⁹ ferebāt. Alii
uulneratos ⁊ infirmos. in scalis sup colla sua portabāt. Alii
alios ibidē sepeliebāt. Alii usq; galliā t ad ppriū locū
amicū suū deferebat. Alii portabat illū. quousq; in putre
dinē dissolueret͛. ⁊ tūc sepeliebat. De duob⁹ cimiteriis sa
c̄ scis. unū apd arelatē. aliū apd blauium. xxviij.

Et erāt tūc temporis duo cimiteria pcipua sac̄ sc̄a. aliū
apd arelatē. in aliis cāpis. aliū apd burdegalā. q̄ dn̄s p
man⁹ scōrum. vii. Antistitū. s. maximi aq̄sis. trophimi
arelatensis. pauli narbonēsis. saturnini tolosanēsis.
frontonis petragoricēsis. marcial lemouicēsis. eutropii sco
nēsis cōsecrauit. in q̄b⁹ pars maxima illorū sepelit͛. Illi
q̄ in acie montis garzim gladiis in tacti obierūt in bis cimi
tiis aromatib; p uenti sepelierūt. De sept tā rothlandi
Jeceiorū q̄ apd blauiū ⁊ in diuersis locis septi sūt. xx.ix.

Blauii namq; rothlādū sup. ii. mulas. castello uireo.

sub uectum paleis tectum usque blauium karolus deferri fecit
et in beati romani basilica quam ipse olim edificauerat. canoni
cosque regulares in eo miserat honorifice sepeliuit. mu
crone ipsius ad caput. et tubam eburneam ad pedes. scilicet ad decus
christi et bellice militie eius suspendit. Sed et tubam postea alius in burdega
la in basilicam apud basilicam sancti seuerini indigne transtulit. felix urbs
pinguissima blauii que tanto hospite decoratur. Cuius corporali
solacio letatur. eius subsidiis munitur. Apud belinum sepelitur
oliuerus. et gandelbodus rex frisie. et ogerius rex dacie. et arastag
nus rex britannie. et garinus dux lotharingie. et alii multi. Fe
lix uilla macilenta belinum. que tantis heroibus honoratur.
Apud burdegalam cimiterio sancti seuerini. sepelitur gaiferus. rex burde
galensis. engelerus dux aquitanie. lambertus rex bituricensis. Ge
lerus gelinus. Rainaldus de alba spina. Galterius de terminis. Wi
Bego. cum quinque milibus aliorum. Hoellus comes apud nantas ur
bem suam. cum aliis multis britannis sepelitur. His itaque mortuis sepul
tis. Karolus pro animabus eorum salute. xii. milibus unciis argen
teis. totidemque talentis aureis uestibusque et cibariis. Karolus
inde machabei inmoratus largitus egenis totam terram que
circa basilicam sancti romani blauiensis sex miliariorum spacio
porrigitur. totumque oppidum blauiense cum cunctis que sibi pertine
nt. et mare quod sub eo est. usibus sancte ecclesie in alodio. Amore
rotlandi dedit. et precepit canonicis eiusdem loci ne aliquem personam hu
mane seruitutis officia aplius exiberent. sed solum tantum pro sa
lute anime nepotis sui sociorum que eius die passionis eorum de anno

100

num. pauperes cum suis vestibus necessariis induerent, cibariisque reficerent, et psalteria, totidemque missas cum vigiliis ceterisque plenariis defunctorum obsequiis, in memoratione eorum annuatim non solum pro his verum et pro omnibus qui in Hispania ministerio pro Dei amore et accepto vel accepturi forent, diligenter canonici sancti ipsius ecclesie celebrarent, quatinus ipsorum corone in celestibus participes fieri mererentur. Quod illi sub pacto iuris iurandi facientes promiserunt.

De his qui sepulti sunt in aliis capitulis. XXV.

Postea vero ego et Karolus cum quibusdam exercitibus nostris a Blavio discedentes per Gasconiam et Tolosam tendentes Arelatem pervenimus. Ibi vero invenimus Burgundionum exercitus qui a nobis in hostia valle discesserant et per Morlanum et Tolosam venerant cum mortuis suis et vulneratis, quos lectulis suis et bigis secum illuc adduxerant ad sepeliendum eos in cimiterio Aylis campis. Hinc in cimiterio per manus nostras sepulti traduntur: Estultus comes Lingonensis, et Salomon, et Samson dux, Ginardus, et Esturmitus, et Atto, Burgundionum, et Arnaldus de Belanda, et Albericus Burgundionum, et Tedricus, Ivorius, et Berardus de Nublis, et Bengarius, et Naaman dux Baioarie cum X milibus aliorum. Constantinus vero prefectus apud urbem Romam per mare delatus cum aliis multis Romanis et Apulis sepelitur. Pro quorum animabus uncias XII argenteas totidemque talenta aurea Karolus apud Arelatem egenis dedit.

De consilio quod apud beatum Dionisium Karolus adunavit.

Post hec Viennam simul pervenimus et ibi vulneribus ite- cicatricibus vulneribusque et percussionibus infirmus a lapis quos ibi

pania per terram angustias remeasset. et rex aliquantulum debili-
tatus cum suis exercitibus parisiacam adiit urbem. Tunc adunato
episcoporum et principum consilio in basilica sancti dionisii. egit grates deo
et illi qui gentes que in eo dederat paganam subiugandam. omnem
franciam ecclesie eius in predio dedit. sicut beatus paulus apostolus et cle-
mens papa beato dionisio in episcopatum antea illam prebuerunt. et precep-
it ut omnes francie reges presentes et futuri pastori eiusdem ecclesie essent obe-
dientes in domino. Nec reges sine eius essent coronati. nec ipsi ordinati
nec apud romam recepti essent aut dampnati. Rursum post plurima
dona precepit ut eidem ecclesie unusquisque possessor uniuscuiusque domus to-
tius gallie. iiii. nummos annuatim ad edificandam ecclesiam daret.
Et omnes servos qui hos nummos libenter darent. manu daret. Tunc beatum
dionisium rex eius corpus stans imploravit ut pro salute illorum qui
libenter illos nummos dabant domino preces funderet. et pro transgressoribus qui
propria sua pro divino amore dimiserant et in hispania in bello
sarracenorum martirii coronam acceperant. Nocte prima regi
dormienti beatus dionisius apparuit. eumque excitavit dicens. Illis qui
tua ammonitione et exemplo tue probitatis animati in bellis sarrace-
norum in ispania mortui et morituri sunt delictorum omnium suorum ve-
niam. et illis qui nummos ad hedificandam ecclesiam meam dant et dati
sunt. gravioris sui vulneris medicinam adeo impetravi. His ergo
relatis. populi nummos saluberrime promissionis devotissime
offerebant. Et qui libenter reddebat. francus sancti dionisii usque voca-
batur. quoniam liber ab omni servitute regis precepto erat. Hinc
mos sumpsit ut terra illa que antea vocabatur gallia. Tunc nunc

vocaretur, id est ab omni servitute aliarum gentium libera. Capitulum. Francus liber dicitur, quia super omnes gentes alias decus et dominacio illi debetur. Tunc Karolus rex accepit gentium universi versus Aquisgranum perrexit. Et balnea aquis calidis et frigidis temperata in eadem villa sedule paravit. Et ecclesiam sancte Marie virginis basilicam, quam ibi edificaverat, auro et argento cunctisque ornatibus ecclesiasticis decenter adornavit. Veterisque et nove legis historiis eam depingi fecit. Et palacium similiter quod ipse ibi edificaverat. Bella namque que ipse in Hispania devicit, et vii. liberales artes inter cetera mirum in modum in eo depicta sunt.

De vii. artibus quas Karolus depingi in palacio suo fecit. De gramatica.

Gramatica scilicet que est omnium artium mater, que docet quot et quales litteras scribere, et quomodo debent scribi, et quibus litteris partes et sillabe debent ascribi, et quibus locis diptongi componi, ut duo ortographie codices quos primi in textos huius ostenderunt. Ortographia est sciencia recte scribendi. Nam orto dicitur grece, id est recta, graphia scriptura. Hac autem lectores in sancta ecclesia que legunt intelligunt. Qui eam quidem ignorat legere quidem legit, sed plenarie minime intelligit. Sic qui habet thesauri clavem et nescit quid intus lateat.

Musica in depicta est, que est sciencia bene recte canendi. **De musica.**

Per quam divina ecclesie officia celebrantur et decorantur. Unde canor habetur. Hanc non arte cantores in ecclesia canunt et organizantur. Cum quis ignorat more quodam bovis ululat, sed vocum modulationem et gradus ignorat. Sicut qui in pargameno tota regula lineas facit, sic vocem suam emittit. Et sciendum quod non est cantus sine musica, nisi per quattuor lineas scribatur. Hanc huius artis David cum sociis suis in psalterio decacordo et cithara in tribus ... et cimbalis, in tympano et choro ...

gano olim decem salmos. Omnia musicorum instrumenta per hanc facta
fuere. Hec non ars. quibus angelicis uocibus et canticis diuinis in celo cele-
brantur. Quis dubitat uoces canentium ante altare in ecclesia
deuota alacritate emissas angelicis uocibus in celum amisceri.
Ait namque liber sacramentorum. Cum quibus et angelis et nostras uoces.
ut admitti iubeas deprecamur. In hac arte magna sacramenta
magnaque misteria continentur. Nam .iiii. linee quibus scribitur et octo
toni quibus continentur .iiii. uirtutes precedentes scilicet fortitudinem tempe-
rantiam et iusticiam. et octo beatitudines. quibus anima nostra munitur et decora-
tur designantur. De dialetica.

Dialetica in aula regis depicta est que docet uerum a falso dis-
cernere disputare de uerbo et sententia. De rethorica.

Retorica est que conuenienter placide et orate docet loqui. Retor
grece. dicitur facundus. Ubi est facundum et eloquentem ars reddit. De geome-

Geometria depicta est que mensuratio terre dicitur. Ge grece dicitur gles tra.
metros mensura. Hec ars terrarum montium et uallium et marium
spacia et miliaria et leugas mensurare docet. Cum quadruple-
tum nouum cuiuspiam est libet regionis terre uel loci uel campi. tempore
iacere. uel urbis uidet. quot perticis uel pedibus uel miliariis tenditur
in longitudine et latitudine agnoscere. Per hanc artem senatores
romani ceterasque urbes antiquas componentes. et miliaria et uias
de urbe ad urbem. et filii israel terram habitabilem funiculo distribu-
tionis latitudinem et longitudinem olim mensurare. Hec in arte agno-
le quamuis ignorantes terras et uineas. et prata. et lucos et campos mensu-
rant et laborant.

De arithmetica.

Arithmetica depicta est ibi, que loquitur de numeris omnium rerum. Quam qui ple-
narie novit, cum turrim vel murum excelsum videt, quot lapides
in eo sunt vel quot gutte limphe in ciatho, vel quot nummi in uno
cumulo, vel quot in exercitu homines et multa huiusmodi comprehendit. Per artem
lapicide, quamvis ignorantes, turres ecclesias excelsas et muros ad huc operantur.

Astrologia in opere regis picta est, que dicitur divinatio **De astrologia.**
astellarum, que accidentia bona et mala, sive preterita, sive presentia,
quam alia fiunt sive futura noscuntur. Qui eam plenarie novit, est in
agendo aliquid magnum facere aperit, quod sit verum esse prenoscit. Sicut
cum duos viros pugnatores videt, quis illorum victurus sit, quis vero
victus sit prenoscit. Per hanc artem Rome senatores necem virorum
et bella motus barbaris facta regumque et regnorum detrimentum
et statum noverant. Magi in Rhodes stella apparente Christum natum
per eam cognoverunt. Unaquaque harum septem artium filiam habet sibi subiec-
tam libellum sciens de se tractantem. Nigromancia greco eius ut ferunt piroman-
cia et ydromancia. Et liber factus inmo erectus in aula regis de-
pictus non fuit, quoniam libera ars minime habetur. Nam est liber per
se operari nisi demoniorum familiaritate nullatenus valet. Et ideo
ars adulterina dicitur. Et de suo nomine approbatur. Mancia est grece di-
vinatio dicitur. Nigro quod niger. Unde nigromancia dicitur nigra divinatio.
Pyros grece ignis dicitur, ydros limpha. Unde piromancia ignea divi-
natio et ydromancia limphatica dicitur. Talis est nigromancie sententia. Incipit
mors anime. **De morte Karoli.**

Post exiguum vero tempus Karoli regis mors mihi demonstratur. Cum ergo ipse

uienna in ecclesia ante altare. die quadam raptus in extasi presbiteris isti
sterse. psalmum que deus in adiutorium meum cantarem. tetrorum ag
mina innumerabilia militum ante me preterire. ac uersus
lotharingiam tendere agnoui. Et cum omnes pertransirent intuitus sum quendam
illorum ethiopi consimilem. qui lento gradu alios insequebatur. Et dixi.
Quo tenditis? Aquisgrani inquit ipse ad karoli mortem tendimus. ut eius spiritum
ad tartara rapiamus. Et dixi. Adiuro te per nomen domini nostri ihesu
christi. ut peracto itinere tuo dispositionis tue ad me redire non renuas.
Tunc modicum commorati mox expleto psalmo. eodem ordine ad me
redierunt. Et dixi nouissimo. cui primum locutus fueram. Quid
gessistis? Et demon. Galecianus inquit sine capite. tot ac tantos la
pides et ligna innumera basilicarum suarum in statera suspendit.
quod magis appenderunt bona eius quam mala. Et ideo eius animam a nobis
abstulit. Et his dictis demon euanuit. Itaque intellexi eadem
die karolum ex hac luce migrasse. et subsidiis beati iacobi. cuius ec
clesias multas edificauerat. ad superna regna misso subuectum.
Rogaueram namque ego ab eo die qua nos abinuicem apud uiennam separaui
mus. impetraueram ut si fieri posset nuntium mortis sue mihi
mitteret. si ante mortem meam mors illi ueniret. Ille quoque
a me impetrauerat ut mortem meam ei pronunciarem. Ergo ipse
cum egritudine esset detentus. sue promissionis memoratus. precepit
cuidam militi alumpno suo antequam moreretur. ut cum eius mor
tem agnouisset. mihi nuntiaret. Quid plura? Post eius mor
tem diebus xv transactis. per eundem nuntium didici. Ab ipso tempore
quo ab ispania recessit usque ad diem mortis sue illum

assidue egrotasse ac pro salute defunctorum. eadem die qua ipsi mihi
vero pro divino amore susceperunt scilicet XVI kal. iulii. XII unc
uncias argenteas. totidemque talenta aurea vestes et cibaria
annuatim in omni vita sua pauperibus solitum erogasse totidemque
psalteria missasque et vigilias cantari fecisse. atque eadem die
et hora qua visionem est intuitus scilicet V kal. februarii. Anno dominice
incarnationis octingentesimo et XIIII. illum ab hac vita migrasse
et apud aquis Granum hora tertia in basilica rotunda quam ipse
edificaverat. honorifice sepultum illum fuisse. Et hec signa ante
mortem eius per tres annos contigisse audivi. Nam solem et lunam VI
dierum spacio atro colore ante eius mortem contigit immutari. No
men vero eius Karolus princeps quod erat scriptum in pariete ecclesie prefate
ante eius mortem omnino per semet ipsum deletum est. Porticus que inter basi
licam et regiam erat. die ascensionis dominice funditus per semet
ipsam cecidit. Pons ligneus quem ipse apud Maguntiam VI annorum
spacio [ingenti] ingenti studio super fluvium Renum edificaverat. incendio
funditus per semet ipsum consumptum fuisse. Cumque ipse de loco ad locum
die quadam pergeret subito dies atra efficitur et flamma magna rogi
a parte dextra versus levam ante eius oculos velociter percussit
unde ipse valde pavefactus atonitusque in alteram partem de equo cecidit et
anconam quam manu ferebat in aliam. Illico socii eius occurrerunt et
manibus eum altius elevaverunt. Nec quam illum esse participem in coro
na martyrum peccatorum credimus. quorum labores illius cum eis sustulisse
credimus. In hoc ergo est datur intelligi quod qui ecclesiam edificat.
regnum dei sibi preparat. Demonibus ut Karolus crepit et in celestis

regno subsidiis sanctorum ecclesias edificat et basilicas collocat.

De miraculo Rotlandi comitis quod apud urbem Granopolim dominus per eum fecit.

Set valde dignum est ut id quod certum ad dominum nostrum Ihesum Christum dignatur esse deducere revocetur ad memoriam miraculum quod per beato Rotlando dominus adhuc viveret antequam ingrederetur Ispaniam ut fertur dominus ostendit. Cum igitur vir venerandus Rotlandus comes Granopolim urbem cum innumeris christianorum exercitibus septem annorum spacio per circuitum obsedisset, velox puer paranimphus nunciavit ei quod Karolus avunculus eius in arce quadam ... Warmacie urbis obsessus a tribus regibus scilicet Wandalorum Saxonum et Frisonum et eorum exercitibus tenebatur. Mandans et efflagitans ut sibi cum suo exercitu succurreret eumque a paganis liberaret. Tunc nepos avunculi sui dilecti anxietate mestus fluctuabat anxius quid magis eligeret, aut urbem pro qua tantos labores passus fuerat, et subiugare volebat relinquere et avunculum liberare, aut illum dimittere et urbem expugnare.

O virum per omnia laudabilem pietate redundantem. Inter duas fortunas ita angustiatum. Hoc quod vir venerandus egit est audiendum. Ibidem eius tribus diebus totidemque noctibus non manducans aut bibens, sacerdos? cum suis exercitibus vacat. Dominumque in auxilium invocat dicens: Domine Ihesu Christe fili patris altissimi qui divisisti mare rubrum in divisiones et eduxisti Israel per medium eius et precipitasti Pharaonem in eo et exercitus eius, duxisti populum tuum per desertum, qui percussisti gentes multas et adversarias et occidisti reges fortes, Seon regem A. et O. r. B. et o. r. C. et d. t. e. he. in he. p. tuo Israel. qui muros quos adversancium cingebat exercitus sine humana pugna et absque machinatione humani artificii septeno circuitu tubis clangentibus destruxisti. Tu huius destrue urbis fortitudinem

nue. traditaque ei armamenta in manu tua potenti et brachio tuo invinci
bili ... ut gens pagana que in sua feritate non in te confidit agnos
cat te dominum unum regem omnium regum cunctipotentem. Christe. Moysi adiutorem et
protectorem esse. Qui cum patre et spiritu sancto vivis et regnas deus per infinita seculorum secula. Amen. Ex
plicit. Facta hac prece. tercia die sine humano tactu lapsis undique muris ur
bis. expugnatisque paganis et effugatis. Rotlandus comes Gay
ferus cum suis exercitibus ad ... in terra sua Chenomanica ... pressus
est. eumque potenti virtute dei ab inimicorum obsidione eripuit. Ad nostrum factum
e. t. re m. i. o. n. Qui legis hic carmen Turpino posce iuvamen.
Ut pietate dei subveniatur ei. Calixtus papa de morte et in

ventione corporis beati Turpini episcopi et martiris.

Beatus Turpinus Viennensis archiepiscopus non multo post Karoli regis mortem
modico tempore vixit. Apud Viennam doloribus vulnerum et laborum suorum
angustiatus morte migravit ad dominum et ibi iuxta urbem ultra Ro
danum scilicet versus orientem in quadam ecclesia olim sepultus extitit. Cuius sanctissi
mum corpus nostris temporibus quidam ex nostris clericis in quodam sarcophago optimo
qualibus vestibus indutum. pelle et propria cum ossibus adhuc integrum inve
nerunt. et ab illa ecclesia que erat vastata detulerunt ultra Ro
danum in urbem et sepelierunt in alia ecclesia ubi nunc veneratur. Quam coro
nam victorie optinet in celis. quam multis laboribus adquisivit in terris.
Credendum est hunc qui in Hispania martirium pro fide accepit in celestibus
regnis inmenso coronari. Et quamvis Karolus et Turpinus una cum Rotlan
do et Oliverio ceterisque martiribus in Runcia valle mortem minime
acceperint. tamen ab eorum corona perhenni non alienantur. qui passi sunt
plagarum et percussionum et laborum dolores quos cum ceteris in agone

acceperunt. Sed loco passionum in quo apostoli fuerimus, simul et consola
tionis erimus. Rotholandus in tempore rotulus scientie, quia omnes reges et principes
omnibus scientiis imbuebat. Oliverius in tempore heros misericordie, quia clemens et
misericors super omnes extitit. Clemens sermonibus, clemens operibus. Ka
rolus in tempore lux carnis, quia omnes reges carnales per Christum lucem omnium
virtutum scientie et probitatis precessit. Turpinus in tempore pulcherrimus, sive
non temporis, quia temporalia verba et opera aliena erant ab ipso. Sexto decimo kalendas
iulii illa die scilicet qua de mundo ad dominum transierunt, officium defunc
torum vigilia scilicet et missa, regie eterne cum propriis obsequiis et horis de
bet celebrari, non solum pro Karoli defunctis pugnatoribus, verum
etiam pro his hominibus qui a tempore eius Karoli usque in hodiernum diem in His
pania et in Ierosolimis horas pro fide martirium susceperunt. Et
in quanta Karolus pro animarum eorum salute die passionis eorum dederit egenis
usus sit operare, superius legendo satis est invenire. De Altumaiore Cordube.

Quid passa sit Galecie post Karoli mortem.

Quod accidit nobis est memorie commendandum. Cum igitur post Karoli mortem
Galecie tellus per multa tempora in pace quiesceret, demonis instinc
tu surrexit quidam sarracenus Altumaior Cordube, dicens quia terram
galecianam et ispanicam quam Karolus antecessoribus suis olim
abstulerat ipse sibi adquireret, legibusque sarracenicis subiu
garet. Tunc coadunatis in exercitibus multis, terras huc illucque
devastando usque ad beati Iacobi urbem pervenit, et quecumque in ea inve
nit totum diripuit. Similiter basilicam apostolicam indigne totam de
vastavit, codices et tabulas argenteas et campanas tintinabula ceteraque
ornamenta ab ea abstulit. Cumque in ea sarraceni ipsi cum equis

suis hospitati essent. quibus ipsi digestiones omnes super altare apostolice
agere non timuerunt. Unde post. Alii ex illis divina ultione fluxu ventris
nocte interibant. At percussus hac egritudine idem altumaior tactus
omnino et cecatus consilio cuiusdam capti sui eiusdem basilice sacerdotis
cepit invocare deum christianorum in auxilium his verbis dicens. O deus christianorum
deus iacobi deus marie deus petri deus martini deus omnium christianorum si me
ad pristinam sanitatem revocaveris. mahumet deum meum ab-
negabo et ad ecclesiam iacobi magni rapine causa ulterius non ve-
niam. O iacobe vir magne si ventri meo et oculis salutem de-
deris quecumque a domo tua abstuli restituam. Tunc post xv dies omnibus
dupliciter ecclesie restitutis ad pristinam salutem altumaior revo-
catur. A terra sancti iacobi recedens promisit se non amplius venturum in hostem
eius causa rapine et predicans deum christianorum esse magnum et iaco-
bum magnum esse virum. Postea vero hostes hispanicas devastando
pervenit ad villam que vulgo dicitur orniz in qua beati romani basilica
optima et pulcherrima erat palliis et codicibus optimis et crucibus
argenteis et textis aureis decorata. Ad quam ipse altumaior
veniens rapuit quecumque in ea invenit et villam devastavit. Cumque
in eadem villa cum suis exercitibus hospitatus esset quidam dux exercitus
eius ingressus est in eadem basilica et vidit columpnas pulcherri-
mas lapideas quas eiusdem ecclesie tecta sustentabant que et in summi-
tate de argento et de auro erant et avaricie stimulis
incitatus quendam cuneum ferreum inter bases eiusdem columpne et eandem
columpnam infixit. Cumque ita cuneum illum malleo ferreo fortiter
magnis ictibus feriret totamque basilicam destruere temp-

[illegible] homo in lapide uertitur. [illegible] basilica [illegible] solent [illegible] sarracenorum [illegible] habebat. [illegible] quod lapis ille se [illegible] altumaior [illegible] domesticis suis. [illegible] quia tales sunt [illegible] proprios [illegible] rebelles [illegible] Iacobus [illegible] oculos [illegible] abstulit. Romanus de homine lapideus factus. S. iacobus clementior est quam iste romanus. Iacobus cuius oculos meos reddidit michi misertus, hominem meum reddere non uult romanus. Fugiamus ergo ab his hominibus. Tunc confusus abscessit paganus cum suis exercitibus. Et fuit postea per multum tempus quod nullus iacobi patriam infestare auderet. Sciant ergo se dampnandos in eternum qui eius tellurem apostoli infestauerint. Et qui a potestate sarracenorum illam custodierint celesti munere remunerabuntur. De his quos nauarri non de uera prosapia sunt geniti. XXXVII.

Iulius cesar ut traditur tres gentes nubianos scilicet et scotos et cornubianos caudatos ad expugnandum hispanos preliosos eo quod tributum ei reddere nolebant ad hispaniam misit precipiens eis ut omnem sexum masculinum gladio interficeret feminas uero tantum ad uitam reseruaret. Qui cum per mare terram ingressi essent confractis nauibus suis ab urbe barcenona usque ad cesar augustam et ab urbe baiona usque ad montem oque igne et gladio deuastauerunt. Hos fines transire nequiuerunt quia castellani coadunati illos expugnantes a finibus suis eiece

runt. Illi autem fugientes venerunt ad montes marinos qui sunt
inter Nageram et Pampiloniam et Baionam, scilicet versus maritimam in terra
Biscagie et Alave, ubi habitantes multa castra edificaverunt et
interfecerunt omnes masculos quorum uxores vi rapuerunt, ex quibus
natos genuerunt, qui postea a sequentibus Navarri vocantur. Unde Na-
varrus interpretatur non verus, id est non vera progenie aut legitima prosa-
pia generatus. Navarri etiam a quadam urbe que Naddaver dicitur prius nomen
sumpserunt, que est in illis oris ex quibus primitus advenerunt, que scilicet
urbem in primis temporibus beatus Matheus apostolus et evangelista sua predica-
cione ad Dominum convertit. **De corporibus sanctorum que in itinere sancti
Iacobi requiescunt, que peregrinis eius sunt visitanda.**

Primitus namque his qui per viam Egidianam ad sanctum Iacobum
tendunt, beati Trophimi confessoris corpus apud Arelatem visi-
tandum est, cuius meminit beatus Paulus scribens ad Timotheum; qui ab
eodem apostolo antistes ordinatus, prefate urbi primus ob Christi evangelium
predicandum directus est. Ex cuius fonte lucidissimo, ut papa Zosimus scri-
bit, tota Gallia fidei rivulos accepit. Cuius sollempnitas iiii kalendas ian-
uarii colitur. Item visitandum est corpus beati Cesarii episcopi et martiris —— celebratur.
qui in eadem urbe regulam monachorum instituit. Cuius sollempnitas kalendis
Item in cimiterio prefate urbis beati Honorati episcopi —— novembris.
presidia sunt postulanda. Cuius sollempnitas xvii kalendas februarii. In cuius ba-
silica veneranda beati Genesii preciosissimi martiris corpus requiescit.
Est vicus iuxta Arelatem inter duo Rodani brachia, qui dicitur
Trencatalla, in quo est columpna quedam marmorea valde excel-
sa super terram erecta, scilicet retro eius ecclesiam, ad quam perfidi ipsi beatum Ge-

nesius ut fertur alligatus decollatur. que usque hodie rose/
o eius cruore apparet perfusa. Ipse vero mox ut decollatus fuit caput
suum ipse manibus accipiens in rodanum eiecit. et corpus per medium
fluminis usque ad beati honorati basilicam. in qua honorifice iacet de/
portavit. Caput vero ipsius per rodanum et mare currens kartaginem
urbem hispanorum ductu angelico pervenit. in qua optime nunc re/
quiescit et multa miracula facit. Cuius sollempnitas. viii. kalendas septembris.

Inde visitandum est iuxta arelatem urbem cimiterium defunctorum lo/
co qui dicitur aylis campis. precibus scilicet et elemosinis ut mos est pro defunc/
tis exorare. Cuius longitudo et latitudo uno miliario con/
stat. Tot ac tanta vasa marmorea super terram sita in nullo ci/
miterio nusquam possunt inveniri. Sunt enim diversis operibus et litteris
latinis insculpta. et dictatu inintelligibili antiquata. Quanto
magis longe prospexeris. tanto magis longe sarcofagos vide/
bis. In eodem cimiterio. vii. ecclesie habentur. in quarum aliqua si presbiter
eucaristiam pro defunctis fecerit. vel laicus aliquis sacerdoti celebrare
devote fecerit. vel clericus psalterium legerit. veraciter pios illos
defunctos qui inibi iacent sue salvacionis adiutores in novissi/
ma resurrectione coram deo habebit. Multa enim sanctorum martirum et confes/
sorum corpora ibi requiescunt. quorum anime in paradisiaca sede congaudent.
Quorum namque commemoratio post octavas pasche secunda feria more celebratur.

Quatuor sunt sanctorum corpora. que ab aliquo de propriis sarcofagis
nullo modo moveri posse referuntur. ut a multis probatur. beati
iacobi zebedei. et beati martini turonensis. et sancti leo/
nardi lemovicensis. et beati egidii christi confessoris. Cum igitur philippus

per gallorum eas corpora ad galliam deferre olim temptaverunt set ultra
minime de propriis sarcofagis suis ea movere potuerunt. Item.
Ab his qui per viam tolosanam ad sanctum iacobum tendunt beati confesso
ris Guillelmi corpus est visitandum. Sanctissimus namque Guillelmus signifer
egregius comes karoli regis magni extitit non minimus
miles fortissimus bello doctissimus. Hic urbem nemausensem
ut fertur et aurasicam. aliasque multas christiano imperio sua virtute po
tenti subiugavit. lignumque dominicum secum apud vallem gellonis secum
detulit in qua scilicet valle heremiticam vitam duxit et bono fine christi con
fessor in ea honorifice requiescit. Cuius sacra sollempnitas V. kl. iunij cele
Item in eadem via beatorum corpora visitanda sunt tiberij. Item. bratur.
modesti et florentie. qui tempore diocleciani variis tormentis pro
fide cruciati martirium compleverunt. Iacent scilicet in ripa araudi in optimo
sepulcro quorum sollempnitas colitur IIII. idus novembris. Item.
Item in eadem via visitandum est corpus dignissimum beati saturnini episcopi
et martiris. qui a paganis in capitolio tolose urbis detentus tauris
indomitis ac ferocibus alligatus. atque a summa capitolii ar
ce usque ad caput unius miliarii per omnes gradus lapideos precipita
tus. capite colliso excusso cerebro et omni corpore dilaniato. dig
ne christo animam reddidit. Hic iuxta urbem tolosam optimo loco sepe
litur. ubi ingens basilica sub eius honore a fidelibus fabricata est et cano
nicalis regula beati augustini observatur et multa beneficia a domino pos
tulantibus adomino prestantur. Cuius sol. III. kl. decembris colitur. Item.
Item a burgundionibus et teutonicis per viam podiensem ad sanctum ia
cobum pergentibus corpus sanctissimum est visitandum beate fidis virginis

et martyris. Cuius anima felicissima corpore a carnificibus decollato sub
presentia s. urbis Agenni. angelorum cum instar columbe in celes-
tibus detulerunt et in immortalitatis laurea eam coronauerunt.
Eodem ut iudo beati Caprasius urbis Agenni antistes qui rabiem persecu-
tionis euitans. latebat in quadam spelunca. animatus ad to-
lerantiam passionis. ad locum quo beata uirgo passa fuerat propera-
uit. et martyrii palmam fortiter promeruit dimicando. mens
in persequentium anguendo. Demum beate fidis uirginis et martyris
corpus preciosissimum in ualle que uulgo dicitur conques honorifice
a christianis sepelitur. Super quod basilica optima christianis fabricatur.
In qua ad dei decus usque hodie beati benedicti regula studiose custoditur.
In oluminis et infirmis beneficia multa largiuntur. Ante cuius fores
optimus fons. ultra quam dici fas est mirabilis habetur. Cuius festum pridie

Apud urbem petragoricas uisitandum est. Item - nonas octobris co-
rpus beati frontonis episcopi et confessoris. qui rome a beato petro apostolo
inter pontificali ordinatus. cum quodam presbitero nomine georgio.
ad predicandam urbem eandem mittitur. Et cum simul proficiscerentur. mor-
tuo georgio in itinere et sepulto. reuersus ad apostolum beatus fron-
to. mortem socii sui nunciauit. Cui beatus petrus baculum tradidit di-
cens. Cum hunc baculum meum posueris super socii tui corpus. ita dices.
Per illam obedientiam quam ab apostolo accepisti. in christi nomine surge et
comple illam. Quod sic agitur. Per apostoli baculum beatus fronto in itinere
socium de morte recepit et prefatam urbem sua predicatione ad christum
conuertit. miraculisque multis perlustrauit. et digno obitu
in ea in basilica s. que sub eius nomine exstat sepulturam accepit. In qua

do largiente multa bn̄ficia posceti̇b9 p̄stat. Cōs uī aq̄bda
ex collegio ꝫ discipło⁊ illū fuisse. Cū sepłcrū eī iux
aliis sco⁊ sepłcris cōsimile sit. mirū doū tn̄ ut d̄ni eī
sepłcrū studio sublime factū ē. ⁊ cetera sco⁊ corꝑe sepłc
plcitudine mira opis excellit. Ut sac̄ sol. co. viii. lit nouibꝫ. It
in urbe aurelianensiū. lignū d̄nice ⁊ alie b̄ eunr
cij epi ꝉ q̄. i ecclā scē crucis uisitāo ē. Dū ē b̄s eunres
q̄dā die missā celebret. apparuit sr altare ī sil tudin
ea dextā humanit̄ uidentib9 q̄ adent. ⁊ q̄cq̄ p̄sul sr
altare opabat̄ ⁊ ipā. Dū p̄sul faciebat sr pane ⁊
calicē ipē sursū leuabat. ⁊ ipā d̄ manꝰ uerū pane
⁊ calicē leuabat. Facto aut̄ sacficio. disparuit sal
uatr̄ illa manꝰ pissima. Dū dat̄ intelligi. qr qui
missā canit ipē ꝉ eā cantat. Hic b̄s fulgentiꝰ doctor ait.
Nō ho ē q̄ ꝑposita. corpꝰ ⁊ sanguinē fac̄. s; ille q̄ cru
cifix ē ꝑ nob. ⁊ b̄s isidorꝰ ſ ait. Nec ꝑ bonitate boni sa
cerdotis fit melior. n̄ ꝑ malicia mali fit peior. Sicut
calix ex more. sēp posceti̇b9 tā domesticis q̄ barbaris
fidelib9 ī ecclā scē crucis. ad cōmunicādū ꝑparat. It in ea
de urbe b̄i eunrcij epi ⁊ cō. corpꝰ uisitādū ē. It ī eade
urbe ī ecclā sci sapsonis. cultrū q̄ ad cenā d̄ni uacat̄
extitit. uisitādū ē. Item

Bt̄ī martini ep̄ ⁊ cō. corpꝰ dignissimū uisitād ē. h̄ u
b̄rū mortuo⁊ suscitator magnificꝰ ēē ꝑhibet̄ ⁊ leprosi.
energuminosq;. de uiisos. lunaticos. ceteros q; languidos opime

salutem reddidisse fertur. Sarcofagum namque quo sanctissima eius
gleba, iuxta urbem Turonicam requiescit argento et auro
immenso lapidibusque preciosis fulget, crebrisque miraculis
lucet. Super quem ingens basilica veneranda sub eius honore ad
similitudinem scilicet ecclesie beati Iacobi miro opere fabricatur.
Ad quam veniunt egroti et sanantur, demoniaci liberantur, ceci il-
luminantur, claudi eriguntur, et omne morborum genus curatur, omni-
busque poscentibus digne relevamen funditus prestatur. Unde per eius famam
gloriosam dignis preconiis usque ad eius decus divulgatur. Celebratur III
idus novembris.

Beati Ylarii episcopi et confessoris corpus sanctissimum in Pictava. Sed et nova
urbe visitandum est. Hic inter cetera miracula Dei virtute plenus
arrianam heresim devicit, omnesque unitatem fidei docuit colere. Sed La-
cincta Leo hereticus ferre non valens, egressus a concilio fe-
dissima ventre corruptus pessimam ipse mortem obiit. Hunc in
concilio sedem cupienti terra sub eo eum elevans sedem prestitit. Hic
seras valvarum concilii sola voce fregit. Hic ob catholicam fi-
dem concilio exilio apud Frisiam in insula quadam religatus fu-
it. Hic serpentium habundantiam suo imperio fugavit. Hic mas-
fleti in Pictava urbe reddidit natum gemina mor-
te ante conquatum. Huius vero sepulcra quo eius sacratissima ossa vene-
randa requiescunt, miro auro et argento lapidibusque preciosissi-
mis decoratur, eiusque basilica ingens et optima crebris mira-
culis veneratur. Cuius sollempnitas colitur idus januarii. Item.

Item visitandum est beati Iohannis Baptiste venerandum caput, quod per manus
quorundam religiosorum virorum a Ierosolimitanis oris usque

ad locum qui nuncupatur Angliaco in terra scilicet Pictavorum defertur.
Ubi igitur basilica sub eius veneratione miro opere componitur in qua idem
caput sanctissimum a centeno monachorum choro die noctuque ve-
neratur innumerisque miraculis clarificatur. Quod dum caput deportare-
tur in mari et terra deus signa innumera. In mari enim marina
multa pericula fugavit, in terra, ut eius translationis codex refert
quosdam mortuos ad vitam reduxit. Unde jure creditur vere illud esse
caput precursoris venerandi. Cuius inventio VI kalendas marcii agitur tempore
Marciani principis, cum idem precursor duobus monachis locum
ubi caput celatum jaceret primum revelavit. Item.

Deinde apud Blavium in maritima beati Romani presidia ex-
petenda sunt, in cuius basilica requiescit corpus beati Rotolandi martiris.
Qui cum esset genere nobilis, comes scilicet Karoli magni regis, de nu-
mero XII pugnatorum, ad expugnandas gentes perfidas zelo
fidei septus Hispaniam ingressus est. Hic vero tanta fortitudine repletus
fuit, quod petronum quendam, ut fertur, in Runcia valle a summo usque deor-
sum sua framea per medium trino ictu scidit, et tuba sonando
oris sui flatu similiter per medium divisit. Tuba vero eburnea scilicet
scissa apud Burdegalensem urbem in basilica beati Severini habetur. Et super
petronum in Runcia valle ecclesia ~~quedam~~ fabricata est. Postquam vero Rot-
landus multa bella regum et gentium vicit, fame, frigore, calori-
busque nimiis, alapis immanissimis et verberibus crebris, pro divi-
ni numinis amore cesus, sagittisque et lanceis vulneratus,
tandem siti in prefata valle, ut aiunt, preciosus obiisse. Cuius sacratissi-
mum corpus in beati Romani basilica apud Blavium socii eius cum
magna veneratione sepeli-
erunt.

Item in landis burdegalensibus villa que dicitur Belinus visitanda sunt cor-
pora sanctorum martirum. Oliveri. Gandelbodi regis Frisie. Ogerii re-
gis Dacie. Arastagni regis Britannie. Garini ducis Lotharingie et ali-
orum plurimorum scilicet Karoli magni pugnatorum. qui devictis exercitibus pagano-
rum in Ispania trucidati pro Christi fide fuere. Quorum preciosa corpora usque ad
Belinum socii eorum detulerunt. et ibi studiosissime sepelierunt. Iacent
enim omnes una in uno tumulo ex quo suavissimus odor flagrat [illegible]

Item visitanda sunt corpora beatorum martirum Facundi scilicet et Primitivi. Quorum basilicam
quorum basilicam Karolus fecit. iuxta quorum basilicam Karolus fecit. iuxta quorum
villam sunt prata nemorosa. in quibus infixe aste lancearum pugnatorum fron-
duisse referuntur. Quorum sollempnitas .v. kalendas decembris.

Apud urbem legionensem visitandum est corpus venerandum beati Isidori epi-
scopi. sive doctoris. qui regulam piissimam clericis ecclesiasticis institu-
it. et gentem Ispanicam suis doctrinis imbuit. totamque sanctam ecclesiam
codicibus suis florigeris decoravit.

Tandem beati Iacobi apostoli corpus dignissimum summopere atque studio-
sissime in urbe Compostella visitandum est.

Item prefati sancti cum aliis omnibus sanctis Dei. suis meritis et precibus auxilientur
nobis apud dominum nostrum Ihesum Christum. Qui est p. ii. [illegible] tr. d. per
infinita secula seculorum. Amen.

Aimericus Picaudi de Partiniaco.

Ad honorem regis summi qui condidit omnia. Debacchantes iubilemus Iacobi magnalia
De quo gaudent celi cives in superna curia. Est festa gloriosa meminit ecclesia.
Iuxta mare Galilee omnia postposuit. Viso rege ad mundana redire non voluit.
Set post illum se vocantem pergere disposuit. Hic precepta est sancte predicare studuit.

Ermogeni i fileto ad fidē cōuertit. Et iohā baptizaū i uī eg^s pbuit.
sāgne.
Olithin cōsformatū mūd' pui nummie. Sed q̄ mortē ab herode suspsit fuso
Cui' corp' sepelit' i tra galecie. Et peteres illud digne sumunt intra gle.
Iā ꝑ totū fulget mūd' diuīs miraclis. Qui xp̄i . innos olī solū abergalbit.
tituit.
Seculaq; pauit' deleta aparuit. Olarī natū iā defūctū ad uitā res
geulit.
Hic defunctis urbi sue aetera detulit. Qui b senas ꝑ dietas unā nocte
Hic ꝑpensū ꝑ xxx. dies iuuē reddid'. Peregrino pictauensi asinūq; cōcedit.
re.
Et ꝑsonū ferro tectū dabisso eruit. Pisilēq; mari mīsū i naui iseruit.
Vi iuēcerdi reos uō apls eruit. Peregrinū mari mīsū ꝑ uerticē tenuit.
alt
De excelsa arce lapsū uir sanū excepit ē. Ferusilke tactū miles salutē reddit
Sanctā p iudeā dalmaci dar ē. Apostitut arce sane mercator egsiluisē.
Militēq; custodiū asuis sequitur. Liberaū iterū egrū pilū ademonib'.
aperuit.
Infectū ale ipso ad uitā restituit. Et altarias ualuas clausas cominus
ruit.
Sephoq; dicierno ut miles aparuit. Biuū captū comes spata lede n po
Hic ceteū inebs ruptū erat bibit. Bictatū soluit uitū tredecies dulcit.
Hic sūt illa sāe scā diuīa miracla. Que ad dec' x fec' iacob' ꝑfecta.
Vn laudes regi regū soluām' alacrē. Cū q lētū mēnam' iuīe ꝑhēnes.
Sic ut dm̄ alta dicam' sollēpnit. Cultetua esimeta deaurēm' iugit.

Salue festa dies iacobi uenerandi tropheo.
Qua celos subiit primus ille deo.
Ad diū p̄ma uocē iacob' zebedei. Sterna rete ratē ꝑposuit fidei.
Olā diuitiēs diuīo seruit amori. Sed q̄ n metuit ꝑb flagella mori.
Gētiles doc; hi iudeos icrepat ide. Fructificat q̃s seminat orbe fide.
Hic gen' humanū x theatīce soli. Alit idignās idola uana coli.
Impugnās ereses nlli' eget tonus. Castigat reprobos sbuenis bonis.

Dum non trucidat gladio sub herode tenetur. Iuncta magna perpetua fruitur.
Primus apostolis hic fragili vita spoliatur. Hinc pro meritis prima corona datur.
Angelis hodie iacobi per mortem preiungitur. Hinc sceleri tanto debita pena fruitur.
Ipse infelix sub fine tenetur amaro. Nam ante fuit vermibus esca caro.
Vel bis sancte deo penas in sociis amici. Herodes pena conficitur duplici.
Sic iacobus gaudet carnali carcere liber. Hunc celebrat mundus quem colit omnis.
Hic in monte thabor divine lux speciei. Sed nec ad plenum se patefecit ei.
A iacobo levum dextrumque iohanne rogatur. Hunc dextrum ut probus usque latus.
Hodie decus est terre qui deuicit ultima terris. Hic est galecie prima terre frens.
Ibi apostolis eius segravi adiit. Huius sancti iure colenda dies.
Et totus homo confert eius quem levamine. Subveniat nobis sancte necessitate.

Siderei proceres ad regia nota frequentes. Iubilantes
Sertati venerunt ad gloriam dominorum. Huius consultu pauci conventante
Principes. romana civit ab arce petri. Convenerunt ad festa simul sua dona ferentes.
In mundo cives urbis apostolos orbis habent. Fulmen aplicum radiante luce coruscum.
Nobilis andream mittit achaia suum. Principium meritis ephesus venerando iohannem.
Alphei iacobum iherusalem tribuit. Hunc repetunt ipsi iacobum natum zebedei.
Galecie tellus mittit ad astra poli. Terra suis natis ierapolis alma philippum.
Seducens romam mittit edessa piam. Inde triumphantem fit india bartolomeum.
Mathiam eximium valdeque alta urtium. Hic simonem ac iudam lumen prodage melliu.
Lata relaxato mittit ad astra sinu. Undique collectos diversis partibus orbis.
Agminibus iunctis regia pompa ruit. Iubilantur siderei iunctis hymne poti potius.
Ex aliis hos proceres urbis patefacta polo Zebedei maiori filio quod doctrina quem justio.
Et coronat eius humanacio nostra brevis docet ore.
Ut assumptus sit et ethere summi patris. Adest ex dextere.

Suos cum ipse comouit. uerbū ei⁹ ꝑ mediū uehere.
Dispgunt' p orbis spacia iacobū q cepit hispania.
Hic p duo docēs q'nq'nnia īfinita ꝯūtit milia.
Cū instaret iā uite t'min⁹ cū uocaret iā seruū dn̄s.
In iudeā festinat p'tur⁹ s; n̄ ibi latet dn̄ destin⁹.
Sinagogas palā ingredit' ꝯfidēt xp̄m eloq't.
Phariseor' doctrina ꝯfūdit' hic liuoris furor accēdit.
Abiatar ē ambicō psidebat tē pōtificio.
Zeli mali flagiciis icēdio plebē mouet 7 fit sedicio.
Sedicio regis seuiciā ꝯtra mouet ecclam.
Iacob⁹ q' tulit ad glam p erodis ꝯsus sentēciā.
Tēp ex suis .vij. subripiunt corp⁹ portāt ioppē puenjunt.
Ibi nauē forte ꝯspiciunt nauē intrant corp⁹ custodiunt.
Nauis sce subiecta sarcine acta scā dō regimine.
In extremis oris ispanie urbis portū ꝯtigit irie.
Hec extracto de nauj ope. pie cunctis accinctis ope.
Pars custodit pars studet q'rere ubi dignū sit corp⁹ ꝯdere.
Fanū fere p .viij. m̄ ꝯstata distabat hinc.
Locus placet ad h obseq'a s; pagana p̄e lupana.
Implorāt ut locū tribuat. pudor uetat ne p̄ces abnuat.
Liuor cū gentil' ip̄at ubi p respōsis dolos interserat.
Urbē ing adire dignū unū. regē ē soliū.
Illi unum paradisi studiū res ad ei⁹ spectat arbitrū.
Venientes rex blande suscipit s; clā necē parari p'cipit.
Fuga scos p̄cautos p̄ripit furor regē p illos p'ripit.

Nec ad pontē cā dirimit̄ paris q̄ fugit sospes t̄nsgredit̄.
Sȝ mox pontis cōpago soluit̄ ⁊ ē suus rex ꝑ eq̄s solut̄.
Res relata ut gesta fuerat cor matris pungit ⁊ uulnat.
Et mox fraudē moliri ꝑparat q̄d mundo mors sc̄os efferat.
En iā inq̄d cedo rogatui ad sepl̄crū iā unū mortui.
Sanū mando petitū cibum q̄n ⁊ ad h̄ q̄d h̄ē usui.
Boues docti t̄hendo honeri ꝑpe pascunt̄ i monte ubi.
Portēt q̄ huic ē op̄ opi factū uellē q̄d uultis fieri.
Hijs fraus sub duplex ē illita nā ⁊ bub̄ ē uis idomita.
Et ad eos nō patet semita ac dechone uinirū obsita.
Fraudē sc̄i nequaq̄ senciunt ⁊ auctā ad montē ueniunt.
Flāmas flātē serā ꝓspiciunt sȝ mox signū crucis obiciunt.
Crucis signū drco nō patit̄ ⁊ ꝑ uertice diuisus rūpit̄.
Aq̄ sac̄ ꝑ montē spargit̄ erte sac̄ nīc usq̄ dē.
Vix ad boues iā puenāt cū iā boues itinerē senserāt.
Reddūt q̄cq̄d furoris gesserat sponte ad iuga ꝑpat.
Pōs h̄ i t̄nt sc̄i palacia res f gesta stupet lupatia.
Sȝ mox sc̄a docēte ḡr recognoscit dī magnalia.
Baptizat̄ ꝯfringit idolū fanū atq̄ pdiolū. donat.
Sc̄i cauāt i alto loculū i q̄ condūt aplm.
Basilica sr extruit̄ s̄r tūbā altare ponit̄.
Hīc de toto mundo cōcurrit̄ hīc ad p̄ces cunctis sucurrit̄.
Hīc langor ad sunt remedia peccōꝝ dat̄ h̄ uenia.
Xp̄e tuūt h̄ mirabilia x̄ semp sit laus ⁊ glā. Am̄.
Scā pares caro labe carēs dulcis odoris.

Stella maris ē nulla paris fulē certa decoris.
Digna coli regina poli flos ſpūalis.
Cella dī speculū fidei uirgo specialis.
Melle fluens pietate cluens dulcedine manans.
Leta fouens morbos remouens languentia sanans.
Spes uenie tua letitie stirps īclita pelle.
Supplicib⁹ famulū ꝑcib⁹ digneris adesse.
Tartareis q̄ me laq̄is draco ꝑpedit ater.
Criminib⁹ nexū ꝯplub⁹ pia respice mater.
Solue reū p̄dᵒq; meū releuare labora.
Ut ueniā tecū p̄do īueniā p me p̄cor ora.
Vestigie mī milicie sit cognita castra
Iuuat dei pietate uere merear sup astra.

Innocentius epc̄ seruus seruoꝝ dī· uniuersis eccle filiis· s· et aplicā bndictionē· ī x̄. Hc codicē a dnō pp̄ calixto p̄mitus editū· q̄ pictauensis aymericus picaudᵒ de partiniaco ueteri q̄ ēt oliuer⁹ q̄ iscan ī uilla scē m̄ magdalene de uizeliaco dr̄ et girberga flandensis socia ei⁹ p aiāꝝ suaꝝ redēptione scō iacobo galeciensi dederunt uerib⁹ uacissimū ac ualde p̄clarū ab heretica et ab apocrifa p̄uitate alienū et ī t̄ ecclasticos codices autenticū et carū fore auctoritas nrā ubi testificatur. excommunicantes et anatematizantes auctē dī p· oīpotentis et ī ħ· as· s· illos q̄ ei⁹ latores ī itinēre scī iacobi fore ī q̄etauerint· t q̄ abeis dē apli basilica p̄q̄ ī oblat⁹ fuerit· īde illū abstulerit ł fraudauerit· Valete.

Ego albericus legatus presul ostiensis ad decus sancti iacobi eiusque servicium hunc codicem legalem et karissimum et per omnia laudabilem fore predico.

Ego aimericus cancellarius hunc librum autenticum et veracem fore ad honorem sancti iacobi manu mea scribendo affirmo.

Ego giraldus de sancta cruce cardinalis hunc codicem preciosum ad decus sancti iacobi penna mea scribendo corroboro. Et affirmo.

Ego guido pisanus cardinalis quod dominus papa innocencius testificatur.

Ego yvo cardinalis quod domnus papa innocencius autenticat affirmat laudare.

Ego .bb. car. nepos domni pape innocencii hunc codicem sine recuso optimum ad honorem beati iacobi glorifico.

Ego guido lumbardus car. librum istum bonum et pulcherrimum ad decus

Ego .bb. therna car. hunc codicem [illegible] sancti iacobi glorifico.

Optimum sibi ad decus sancti iacobi laudo. Incipit prologus in vita beati ac gloriosissimi confessoris christi guilhelmi cuius sollempnitas celebratur .v. kl. junii.

Ad summam dei gloriam et laudem de beati willelmi vita laudabili et sancta conversacione tractaturi sancti spiritus graciam que est in rebus minimis imploranda invocamus, ut qui eum in contemptu seculi et in sui ipsius abnegacione prevenit et secutus est, ipse nos quoque in hac recitacione prevenire dignetur ac subsequi et efficiat idoneos tante istorie relatores. Hic est dignum deo dicere suum eo. neque etiam ipse sine se invocatur cuius munera dona sunt. Si quis meatur [illegible] opera denunciare et ipsum in sanctis suis magnificare dominum. Et primum quidem hunc dei dilectum exemplar nobis et speculum proponamus et formam in eo apostolicam et vitam in terris angelicam veneremur atque in quantum possibile est boni emulatores id ipsum imitemur. Cum enim magnum sit et valde bonum sanctorum virtutes predicare et extollere virtutes, ipsas tamen utique virtutes ambire atque imitando adquirere. Revera optimum est et precellens [illegible] quod in celis datur

et divinitus inspiratus. illiusque administracio est gratiarum. qui gratiarum distri-
butor. dat ex eis quibus vult. et dividit singulis prout vult. Hec igitur
que ad commune edificacionem pertinent. queque devotis auditorum animis
prodesse ad imitacionem possunt. de vita et meritis tanti ducis tamque
gloriosi principis aggrediamur. cetera que mundi fuerunt. gesta videlicet for-
cia. ad strenuam dignitatem atque secularem miliciam pertinencia quamvis
scripta ac relatu digna in memoria eterna. nos tamen silencio preterire
decrevimus. gestis tamen spiritualibus ex parte recitandos calamum appli-
cantes. Que enim regna et que provincie. que gentes. que urbes, Willelmi ducis po-
tenciam non loquuntur. virtutem animi. corporis vires. gloriosos belli studio et fre-
quencia triumphos. Qui chori iuvenum. qui conventus populorum. precipue mi-
litum ac nobilium virorum. que vigilie sanctorum dulce non resonant. et mo-
dulatis vocibus decantant. qualis et quantus fuerit. quam gloriose sub Karolo glorioso
militavit. quam fortiter quamque victoriose barbaros domuit et expug-
navit. quanta ab eis pertulit. quanta intulit. ac demum de cunctis regni
finibus Saracenorum finibus crebro victos et refugas perturbavit et expulit. Hec
est omnia et adhuc multiplicia virtutum eius historia. cum ubique pene cantantur
novissima habeantur. non enim ad hanc descripcionem pertinere necessario
videantur. iam nunc ad ea que religio beati viri et sanctitas expostulat. ma-
nus laboratrix incipiat et calamus. De ortu eius et genere nobilitate
quod de sanctis magnis viris plerumque requiritur breviter prenotando. Ex-
plicit prologus.

Inclite laudis ac perhennis memorie Pipini regis tempore natus
est beatus Willelmus. de preclara Francorum progenie ex patre videlicet nobili
magnoque consule Theodorico nomine. cuius mater eque generosa. et nobi-

lissima comitissa. dicta est aldana. Ambo quidem de summis francie
principibus. consules ex consulibus. uita quoque et moribus placentes deo et hominibus.
Cum ergo essent tales et uere diuinitatis religiosi cultores puerum a deo su
sceptum cum omni diligentia nutrierunt. eumque disciplinis liberalibus tradiderunt.
et specialiter in formari et erudiri fecerunt. Eruditus uero litteris diui
nis ac diuersis philosophorum doctrinis. parentes eius ut erat moris
fieri de principum filiis in ethomnium instruunt fortioribus studiis atque
gerendis milicie sectaris. Deinde cum iam pipinus rex et hac luce migrasset
et filius eius Karolus qui dictus est magnus et gloriosus in suo regno resedisset
inclitus adolescens commendatur est ei a parentibus ut regi semper astaret
et in palacio ut par erat militaret. Sicque in aula regia irreprehensi
biliter et laudabiliter se habet et regi esset acceptus et exercitui placeret
nullius tamen mordebatur inuidia. Non quisquam aduersus eum mouebatur in ui
na. Sicque domnus W. nomen iam celebre habebatur et de sibi a deo data fortitu
dine. de corporis eius proceritate magnitudine. de magnanimitate. deque
morum eius bonitate per cuncta opposita equalitate. fama inclita ubique loquebatur. Igitur
W. commendatur a patre stat ante regis conspectum. suscipit nomen consulis et consu
latum. in rebus bellicis prime cohortis sortitur principatum. Regiis prin
cipaliter adhibetur consiliis. tractat strenue cum rege de regni ne
gociis. de milicia et armis. fit pater pacis. rei publice defen
sor. et pro pace uigilat. in bello laborat. fouet ciues. hostes expug
nat. Cunctis in arto positis. et in angustiis constitutis compaciens sub
uenit. et pro quibus res exigit apud regem interuenit. Regis uero hec erat
intencio et cura precipua ad gloriam querere et sibi omnes gentes. et nomen suum ele
uare triumphum. Quod et fecit deo cooperante in omnibus. Willelmo cum aliis duci

ut consilio et uirtute opere sit fere ceteris. Hic est eorum innitebatur brachiis
ac si tironibus aureis quasi columpnis fulcitur argenteis. Willelmus regi aderat adex-
tris et a sinistris. ipse quidem in expeditionibus pariter et in adversis. In illis diebus sar-
raceni pariter conglobati magnum ualde et inopinabilem producunt
exercitum. montes pyreneos transeunt. et una omnes conspiratione ad has
partes aquitanie, provincie ac septimanie properant. proxima scilicet christia-
norum: Regnum irrumpunt karoli. dant infinitas de christianis strages
victores existunt. spolia diripiunt. captosque ducunt strictis funi-
bus captivos. preoccupant totam longe lateque terram. quam iure perpetuo
possidendam. Nuntiatur hoc christianissimo regi. neque enim complacet illi. Audi-
to hoc nuntio. ipsum christi nomine et fidei invocat. maioresque sue uirtutis prin-
cipes et consiliarios more regio conuocat. et quid facto ad talia opus sit
eos consulit. et ipse inde cum eis attente et sollicite tractat. Omnes pari
prudentia in unam concordant sententiam ut scilicet comes Willelmus armis inclitus
bello victoriosus. milicie gallicane studiis gloriosus. ad hoc opus eligatur.
et ipse cum suis legionibus contra barbaros gentem dirigatur. Adiudicatur
et conclamante exercitu ut totius aquitanie et provincie quoniam dignus est in-
uestiatur ducatu et de consule sublimetur in ducem. Non differt karolus
consilium effectum statimque Willelmum manu tenet ac promovet. Ergo Willelmus
comitis et ducis gloria sublimatur. fit inter principes primus ipse secundus a rege.
Suscipit legationem non laborem recusat mittitur contra barbaros. Itaque
Willelmus dulce salutatur a karolo et ipse pio domino benignum uale faciens
procedit. forte et electum producens exercitum. Itaque septimaniam ingressus tran-
sito quoque rodano ad urbem cui est aurasica agmina disponit et castra.
quam illi hispani cum suo rege theobaldo iam pridem occupauerant. Ipsam

facile ac breui cesis atque fugatis eripit inuasoribus. licet preterea et in ea
et per ea multos et longos ab hostibus labores pertulerit semper tamen preualu
erit decertando. Erepta autem urbe placet omnibus ut se in eam detineat.
faciatque primam sue potestatis sedem. Unde et ciuitas illa ad tanti ducis
gloriam famosissima multumque celebris. magnique nominis per totum hodie
mundum commemoratur. Quid uero post hec egerit quot et quanta cum barbaris trans
marinis et agarenis uicinis commiserit prelia. quomodo in gladio suo cum
auxilio diuino populum dei saluauit et christianum dilatauit imperium ut supra
est dictum. non scriptoris indiget non presentis est propositi. excepto hoc quod dici sufi
cere puto. Quamuis licet multo tempore multaque pertinacia ualde diuque decerta
tum sit. tamen tandem uirtute altissimi cum uirtute belli ita sarracenos perdo
muit. et perturbauit tirannos. perscrutatus eos et conterens. et ad internicionem
perducens. ut deinceps non auderent nec fiduciam haberent. ad has partes
quas inuaserant redire nec eis ereptam ulterius repetere terram. Ceterum autem mag
nitudo gestorum eius et pluriorum copia. in eodem uarii ducis euentus et duris
simi labores. semper uero gloriosi triumphi. siquis calamo attemptare aude
at. pro maximo opere quoque indigeret uolumine. Igitur uictorissimo duce opera
nte deoque cooperante. tandem attrita persecucione terra quieuit et pax est populo
dei. seculoque in ipso restituta. Resurgunt ecclesie et noue hedificantur. Ipse
quoque triumphator ac signifer christi. dux inquam gloriosus pace et quiete ab in
imicis indepta et ipse bonis omnibus pacifice cepit iam licencius in here do
tempore bellorum curis et tumultibus liberior. et ut olim corde conceperat. etiam
uerbis diuinis totus inniare. Non resoluebatur ignauia. non indulgebat
quieti in delectacione carnis. ut solent plurimi post multum perpessi laboris. Sed
tanto forcior quanto liberior prius uacabat studiis et operibus bonis. Primo

